




# **Francisci petrarche poete laureati reru[m] memorandarum liber primus [-quartus]**

<https://hdl.handle.net/1874/461651>



Cm



# Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/>

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek\*
  - de rug van het boek
    - de kopsnede
    - de frontsnede
    - de staartsnede
    - het achterplat

\*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

## **This book has been digitized as part of the Incunabula project.**

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:

<https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/>

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)\*
  - the spine
  - the head edge
  - the fore edge
  - the bottom edge
  - the back board

\*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

De responso illusorio quod accepit Canis caligula in templo fortunarumq; caueret a cassio a quo fuit postmodum interfectus.

**S**ed ne Apollo solus imperatoribus nostris iriserit Gaius caligula varus vndiq; prodigiis pulsatus templum fortunarum. Antequam consulit quem locum veluti natalis sibi omnibus locis atque secessibus ut tranquillis ait se preceperat. Responsum caueret a cassio. Ea re permotus cassio longinquo quod per consulatum periret tunc Asiam obtinebat destinavit mortem. Et forte consultor id agebat sed Gaius iterum a chere a quo et ipse laus minus vulgato nomine cassio erat interfectus est.

De responso quod accepit Vespasianus in monte carmeli quicquid conceperat ac temptasset futurum feliciter quous arduum et laboriosum.

**V**espasiano autem sub nexone rem hierosolymis gerenti vicinum carmeli montis oraculum experiendi desiderium incessit. Unde in immensum auctus est accepto responso quicquid mente conceperat ac temptasset futurum feliciter quous arduum aut laboriosum videretur. pauper iste fidelius et paulominus veraciter. Sed ad Apollinem reuertor.

De responsa deorum non erant nisi fallacia et aliter illusor humani generis mendax nomen dei et diuinitatis famam quesierit.

**H**ne clarius inter vicinos locutum putes sub aduentu xerxis territis grecie urbibus ab Atheniensibus consultus quoniam modo salutem proprie ac filie prouiderent respondit muris ligneis. Id ambiguum more suo confusumque consilium Themistocles interpretans per muris ligneis naves intellexit. Itaque hortante eo deserta urbs/turba ad bellandum inhabilis et preciosissima rerum repositis locis abdita. Ipsi autem armati classe conpressa experiri fortunam pelagi decessere casus prestitit et salamine victorie successus ut consultor verax haberetur. Quia in re si non plus illinc xerxis ignavia hinc Themistoclis consilium ac virtus quam Apollinis oraculum effecisset egregie profecto muris ligneis hostis tam numerosus excipi voluisset.

De responso manifesto satiato lacedemonie.

**P**aulo lacedemonie aptior quibus eadem tempestate consulentibus aut urbi aut regi eodem preceundum esse respondit. Atque ita contigit Rex enim leonidas gloriosissime moriens prius reliquit incolumes. quam quod recte iudicantibus oraculo regis more virtuti regie salus urbis ascribenda sit.

Qualiter in consilio obscurum adulando vero clarus fuerit idem apollo et de laude socratis.

**Q**uid quod in consilio anceps et obscurus in adulando clarus et simplex reperitur. Quid tamen se putem interuenisse nisi ut illic remedium occultaret hic superbiam et inanem iactantiam mortis



FR. PETRARCHI  
Res Memoranda  
H E M O N  
de Christianis  
rerum memoria.

Rariora

B. qu.  
36

Cm





Cm



4

k

Cm

B. 91.  
30

Cm





36

Miscellanea Litteraria

Quarta n<sup>o</sup>. 36.

B. qu.  
36

575. Petrarca, F r a., Res memorandae. [Acc.] Ejusdem Epistola de studiorum suorum successibus ad posteritatem. H a y m o, De christianarum rerum memoria. [Leuven, Ru. Loeffs c. 1485].  
4o. B. 4o. 36

Type 1. — HMT 54 (95) c. — HC\* 12807. — CA\* 1391. — Holtrop I 136. — MMW II 193. — Pr. 9297.

Op bl. 1a: „In tortelio 32 quaterniones”. Daaronder met andere hand: „S. Johannis” (waarschijnlijk uit het kapittel van S. Jan te Utrecht). Op het achterschutbl.: „Amelgardus canonicus et lambertus de haerlem dederunt ecclesie”. — In den catalogus van 1670.

In. toentio . 32 . qf

S. Iohannis

Ulin \* 12807

C. A. 1391



2.1.  
sigillorum qz x nupit, s. v. l.

H. 91. C.

4. R.

Francisci petrarche Poete laureati rerū memo-  
randarum Liber primus incipit Feliciter.

**E**d mihi cūcta versanti cū id solū tem-  
pis vixisse videar quod otiosus à solis  
vixi/visum est nō aliunde q̄ ab otioꝝ  
solitudine potissimū ordiri. Non modo  
q̄ hic plurima et maxima vite mee solatia p̄ces-  
sisse nouerim sed q̄ multis etiā claris viris iacta-  
tis iter curarū fluctus huius portus quesitum re-  
medium recordabar. Ceterum cum solitarij ocli  
duo sint genera illud somno et inertie amicum q̄d  
quidā lucifuge sectantur qui villis suis vtuntur  
pro sepulcris et in illis sese infodiunt viuentes /  
nulla re alia q̄ ocli cognomine gloriosi / nō littera-  
to tantū sed viro etiā obscenū atq; indignum cō-  
memoratione p̄tereo. Alterū illud attingā non  
tam verbis odio q̄ litterarū et virtutis amore cō-  
stitutum vnde animo vel studioꝝ cupido vel ad e-  
a intento de quibus proxime dicitur suis gratis-  
sima proueniūt alimenta: vt hinc merito / velut a  
primo dicendorū fonte totius narrationis descen-  
dat exordiu. Quem vero nūc Historicus / illustris-  
sime cohortis statuā figuriferum nisi quem poeti  
a laboris primū ducem in africa mee libris sta-  
tuisse non penitet.

De ocio Scipionis africani primi.

**S**cipio ille qui primus agnomē africani re-  
bus gestis virtute meruit amator solitudis



o. f. ad o. m.

atq; oçij fuit. Itaq; spiritum domitorz gentiũ  
 et militare illud corpus bellis exercituz auxq;  
 castrorum et tubarum fragoribus opletas. Huc  
 referre consueverat non vt virtus ocio languet  
 sed vt sese mens varietate negotioruz distracta  
 colligeret q̄ obrem neq; sibi vnq̄ ociosus perpe  
 tua mentis occupatione grande aliquid moliens  
 neq; sibi solus vnq̄ videbatur altissimis atq;  
 pulcherrimis comitatus curis. Neq; theatrum  
 aut vulgi plausum querebat rerum suaruz plau  
 dente memoria ac cõsuetudine testimonio contentus  
 Iuxta ergo dicere solitum accepimus nunq̄ se mi  
 nus ociosum eẽ q̄ cum ociosus nec minus solum  
 q̄ cum solus eẽt. Idq; ipsius africani non medi  
 ocrem emulum. Marcũ porcium Catbonẽ scrip  
 tum reliquisse auctor est Cicero.

De ocio Sapiõis africani secundi.

**H**uius nepos et ipse africanus Sapiõ sicut  
 laboris supra fidem patiens sic ociose cupidus  
 quietis solus sepe cum Lelio rusticari peregrina  
 riq; solitus creditur. Interdumq; littoribus ita  
 licis vagabundus expugnatrice illam Cartba  
 ginis Numantieq; dexteram ad marinas concu  
 las lapillosq; candidulos interlegendos iclas  
 se. Sic enim ad id quod superat negotium ocio  
 breuissimũ temporis animum recuperabat. Vere  
 eunde hec apud Ciceronem reuerenterq; narra  
 tur eos incredibilit ne h? deserã repuerescẽ eẽ so  
 litos cum rasex vrbe tã de viculis euolassent.

1. 9. li. 9. + dit.

De ocio marci Tullij ciceronis.

**D**ixi de bellorum memoro Marcus Tullius Cicero post innumerabiles labores quos in re publica pertulit post tam multa discrimina que sibi ille turbulentissimus consulatus: et cum improbis certamē in mortale pēpēat fracta tandē libertate civiū velut puppe submersa nudus ornamentis suis omnibus enavit inqz ociū secessit in quo quidē cura peragrandō sicut ipse de se loquitur sepe solus erat. Sed quod negociū que so cū illius ocio que frequētia cum illius solitudine cōferenda est. Quam licet ipse casus patrie misera tus graviter defleat. inde tamen ad omnes populos peruenta diu ingenij monumenta fluxerunt Plura enī ibidem ut ait idem breui tempore euer sa q̄ multis annis stante re publica scripsit. at qui fatum suū declinare nō valuit In tempestate tutus in portu naufragiū passus est.

De ocio Muci Scaevole.

**L**ucius Scaevola divini pariter et hūam in ris illa etate cōsulatissima procella fori fugiens in ociū et pile et alee calculorum ludo fert operā dedisse eaqz vicissitudine rerum mole per gravatū ingenij releasse. Et his quidē ociū vite diuerticula contigerunt.

De ocio Epaminunde Thebani.

**S**ed ne ab hac illustrium cōmemorationis <sup>viroz</sup> ~~seruz~~ alienigene sese fortassis exclusos putet Epaminundas Thebanus quē apud presētā

affimos auctores vel primum vel inter primos  
græcæ duces semper inuenio cuiusq; litterarum stu-  
dium ac philosophiæ doctrina tanta inerat ut mi-  
rabile videretur. sicut Justinus Historicus ait.  
Vnde tam insignis militiæ scientia homini inter  
litteras nato. Is inq; cum quo thebanorum om-  
nis gloria ut auunt et orta simul et extincta est/  
et suauitate musica gemino labori debitum oia  
exornans/preclare quidem ut est apud Ciceronẽ  
græcis fidibus cecinisse dicitur.

#### De ocio Achillis.

**S**imile apud Homerum de Achille quod du-  
cem suum imitati nostri quoq; vates asse-  
runt. Id quidem prone suscipimus et habemus  
propositi nostri testem clarissimũ adolescentem  
siue fictum suspicamur ab Homero et eiusdem sen-  
tentie auctor est excellentissimus poeta. profec-  
to nunq; id in eo quem nobilitandum proposue-  
rat sibi ficturus nisi laboriose militiæ alternam o-  
cij remissionem necessariam iudicasset.

#### De ocio Socratis.

**S**ed alio spectare arbitror quod de socrate  
scriptum est/cum iam senior foret/vacare fi-  
dibus cepisse/non enim apud me similitudines ve-  
ri habet tantũ virũ illa etate p̄sertim discẽdi po-  
tius grã tã parue rei tps impendisse q̄ discẽdo/do-  
cẽdoq; fatigatus talis ocij solatiũ q̄siuisse. Qd  
p̄cis miror dum eũdem arũdine currib; inserta

colludentē infantulis suis intueor / quod cernēs  
familiarissimus sibi risisse fertur **Alabiades**.

**De ocio Roberti regis acie.**

**A** ne semper vetustissimis imoremur / sitqz  
aliquis et etati nostre locus **Robertus** hie  
rosolimitanus et **Saculus** rex regum / et philo  
sophorum huius emi meo princeps iudicio: per sin  
gulos dies statutis horis / e medijs. Regie vite  
turbinibus / in oia velut in aliqua quietissimam  
stationē sese conferre cōsueuerat. Illic multiplex  
ei quondā exercitiū dum tulit etas vni tandem  
cuncta cesserunt. Fuit illi i vrbe neapolitana pa  
lacio confine pomerium. prealtis arcibus septus me  
nibus et pelago nō modica ex parte arcū fluxum  
Duc mō cū paucis / modo cum ingenti procerū ca  
terua quotidie veniens balista iustabat. Idqz  
tam sedulo vt confestim (tantū erat et tam ad o  
nia versatīle celestis acumen ingenij) eius artifi  
cū magistros post regum inqueret. Que res p<sup>en</sup>  
nam nō hostibus modo / sed suis quoqz minus ve  
nerabilem fecisse creditur / ignorantibus quantū  
negociorum sub illo ocio tegeatur. Quod vbi tā  
dem rebus ipsis innotuit / cōtemptus omnis in ad  
mirationē & gloriam versus est. Inter sui ego se  
penumero dū dimetiendis itibus / acclius singu  
lorum sagittas incernosceret. Inter ea tamen dū  
eūdo et re de undo tempus teritur et seūle corp9  
recrearet et accēs subiectorum controuersias vix  
qz extricabiles populorum nexus absolueret.

Pauliss. l'axli  
Paulisse

Quid notissima replicem Constat hunc inermē  
ludentemqz (quod omnes vidimus) armatos  
exercitus fuisse/et gravissima sepe discrimina  
nō tantū a suorum pertulisse cruciatibz/ sed etiam  
ne appropinquarent providisse. Deniqz non ali  
ter q̄ si balista illa cunctorum transfodisset ocu  
los/ suorum semper prueruisse consilia. Et ille q̄  
dem nux̄ indignum presentia tanti regis orbem  
deserens migravit ad superos. Ego autem q̄uis  
erga illius memoriam varia hominum studia p̄  
cipue Italicorum meorum dissonante sopinōdes  
nouerim/ quia tamen non illius aut huius aurīā  
voluptati/ sed nude rerum veritati studeo/ rober  
ti nomen in operis mei primordis fulgere volui  
& cum prefatione venie/ si forte cui molestus sum  
quoties illā rerum qualitas obtulerit/ liberis iā  
sine adulationis suspitione nisi fallor de moribz  
eius loquar/ Nulluz mibi gratificandi propositū  
nulla spes que nonnunq̄ a xro scriptoz animos  
auertunt/ me quidem xra memorare/ conscientia  
mea (si illi parum fidei est) testis ē more. Breui q̄  
dem fore confido/ vt vnica restis tot tandem con  
futata virtutibus conticeat/ & gelido saltez ab  
eat sepulcro/ nunc quoniaz properantes calamū  
longa xrii series expectat de oc̄is satis dictum ē

De studio & doctrina  
in generali.

**O**perest de studio tractare / que nam enis p  
cedentium erat & sequentium oportunitas ia  
ctura. Nempe precedentibus tam cognata mate  
ria est / ut si otium demas studium turbidum & in  
quietum relinquatur / ac si studium detrahās / in  
glorius torpor et pigro situ marcidus carcer est  
otium. Ita fit ut hoc in illius requie fundatum  
Illud huiusmodi laboribus semper ornatum sit  
Rursus & illud constat memorie ingenioq; et e  
loquentie de quibus seculuris tractatibus agen  
dum est. Nullum oīo post naturam ipsaz maius  
certiusq; patrocinium fore q̄ vehementem animi  
applicationem ad easdem summa cum voluptate  
quam studium vocant / ex quibus solidum cōfla  
tur doctrine nomen . Quo circa dilatis medīs  
principium finemq; cōnectens Hūc studio simul  
& doctrine locum dedicavi . Verum quīs quod o  
mnia gentium pace dixerim & regine urbis vene  
ratio . & excellens rerum gloria mereatur ut post  
habita ratione tēporum in exemplorum relatiōe  
primū sp̄ Romana locus teneant / vix hic tū mi  
hi videor narrationis incūm cepturus propter  
id videlicet q̄ Theodosius Macrobius haud qui  
dem ignobilis scriptor ait / soli sapientie studio d  
ditos ut abunde gratia tulit . ita Romā nesciuis  
se / sed quid agam scio . Nimabor exercitus Ro  
manos / forūq; instrabo / & vel ex armatis legioni  
bus vel ex forensi strepitu studiosas et contēpla  
tioni deditas animas eliciam .

De studio Julij Cesaris.

**D**ivus Julius cesar quem armorum laus, et  
victoriarum gloria celo exequarunt, a studio  
litterarum medio quibus in bellorum furor non abhor  
ruit. Nunquam se cessasse, et ipse gloriatur et magni  
consentiant auctores. Accedit operum fides. Præter  
adolescencie sue libros quos publicari dum Bibli  
othecæ ordinarunt. Augustus vetuit multa iam pro  
nectus scripsit famosissima. Siquidem et animi to  
tius ordinem et bisexti rationem et quicquid de  
mensura eum vetustioribus ad eam diem vel igno  
tum vel confusum fuerat summo studio digessit  
litterisque et memorie tradidit posterorum. Atque  
ut in saturnalibus scriptum. Omnem inconstan  
tiam temporis vagam adhuc et incertam in ordi  
ne statæ diffinitionis coegit, et edicto palam posi  
to publicavit. Scripsit Anticatores duos, scrip  
sit et de analogia auspicioꝝ. Rerum præter  
hec a se gestarum tam gallicarum quam civilis belli li  
bros edidit non a suis magis quam ab hoste lauda  
tos. Marcus Tullius aliquando multum in cesare  
graviter inuexit. Hos tamen libros erubuit illan  
datos præterire. Comentariorum liquit scripsit val  
de quidem probandos, nudi sunt recti et vetusti  
omni ornatu orationis tanquam veste detracta. Sed  
dum voluit alios paratos habere, unde sumerent  
qui scribere vellet historiam, ineptis gratiam for  
tasse se ait, qui illa vellet calamistris murex sa  
nos quidem homines a scribendo deterruit. Eosde

Cesaris Libros scriptor rerum suarum ut fama fert **I**ulius celsus ut Suetonio videtur  
Birtius ita comendat/difficillimam se suscepit cesaris  
nostri commentarios rerum gestarum gallie. Nec  
multo post quos vana q̄ legerint igit scire possint  
q̄ inuitus ceperim scribendos/quo facilius care  
am stulticie atqz arrogantie crimine qui me me  
dne interposuerim cesaris scriptis. Constat eni  
inter omnes nihil tam opose ab alijs esse profec  
tum/ quod non horum elegantia commentariorum  
supretur qui sunt editi/ ne scientia tantarum re  
rum scriptoribus desit/ adeoqz probantur omni  
um iudicio ut precepta non prebita facultas scrip  
toribus videatur. Quis tamen nostra maior q̄  
reliquorum est admiratio. Ceteri enim q̄ bene  
atqz emendate nos etiam q̄ facile atqz celeriter  
eos perfecit scimus. Et hec quidem ille. Sane  
de celeritate apud suetonium habetur expressis  
vbi ait. Et hos libros et alios plurimos/ i quibus  
etiam poema quod inter scribitur/ tanta cum ve  
locitate peregisse ut quosdam ex eis in Alpium  
transitu scipserit/ ex atteriore in transalpinam  
galliam reuertens belli gallia temporibus quos  
dam ipsorum bellorum anilium sub mutinense  
discrimen quosdam ab vrbe Romana in altiore  
hispaniam proficiscens/ quam viam simul cum  
studio diebus quatuor et viginti perfecit.

Incertum his similibus operibus

Iniquene utrū animi foret aut corporis an robo  
re vel celeritate mirabilior.

De studio Augusti Cesaris.

**D** Tunc cesar Augustus diui Iulij filius / tam  
studiose paternis vestigijs inhaesisse tradit  
vt grauissimis bellorū studijs & impij curis op  
pressus / et tot conuratorū obsessus infidē ho  
ras et momenta colligeret. Nec ullū tempus inu  
tiliter labi sineret. Cōstat itē cōedēdū radēdūqz  
vel lectioni operam dare solitum vel scripturæ. In  
ter crebra quoqz somni cuius p̄ssimus fuit int̄  
bella latorum sibi vel cōfabulatorum solatiū ad  
hibere. **S**tudia liberalia vt Suetonius ait ab e  
rate prima cupide et laboriosissime exercuit.  
**M**utinesi bello in tanta mole rerū et legisse et  
scripsisse et declamasse quotidie fertur. **I**taqz  
varij generis vt ait idem prosaica oratione com  
posuit. **I**tē orōnes ad populū et aliqua de vita su  
a. xiii libris **C**antabrico bello nec vltra exposu  
it **S**cripsit et epignaminatum librum / et episto  
larū ad amicos conditū facetissima grauitate et  
laulentissima breuitate / quod opus in explicatū  
et carie semesum adolecenti mihi admodum in  
manus venit / multum frustra qz postmodum que  
ritus. **C**eterum epistole aliquæ sparsim a scripto  
ribus referuntur quarum indaginem studioso cō  
mittimus lectori. **N**ec latinis modo sed grecis /  
nec rhetoricis tantum sed et philosophicis dele

De op̄talia  
Augusti. c.

ctatus est/ eo pertinent q̄ apollodori pergamei  
 philosophi filiorum eius dionisi et canoris ami  
 cidam quesuit patremqz grandem iuuenis ipse  
 secum ne vllis locis aut temporibus vacaret ab  
 vrbe Romana Apolloniam vsqz perduxit. Ex  
 vtriusqz autem lingue auctoribus quos studio  
 sine lectabat/ illa cupidius hauriebat/ que vel  
 p̄cepto vel exemplo ad eruditionem vice/ morū  
 qz elegantiam pertinent priuate vel publice disci  
 pline. Nec et diligenter annotata seruabat/ et cū  
 res exigeret vel amicos. vel totos exercitus vel p  
 uinciales ā vrbanos magistrats illoz iteriatiōe  
 cōmonefacere solebat. In audiendis recitatoribz  
 poemati sine historiariū sine alterius generis  
 inuentorum/ imitā et patiens fuit. Quinō singu  
 lare hoc habuit/ quia cum omnium p̄cipue prin  
 cipum mos sit p̄sentia contemnere/ v̄tusta mi  
 rari/ iste vnus etatis sue fauit ingenis. Digna  
 quidem sapientissimi examinatoris veneratio/ que  
 nam enim etas illustrium apud nos ingeniorum  
 fertilior fuit/ **M**arcum Varroem **M**arcum  
**C**iceronem **C**rispum **S**alustium **T**itum **L**iniū  
**A**nneum **S**enecam/ **M**sinium **P**ollionē **V**irgili  
**u**m **M**aronem/ **D**ecimum **f**laccum **Q**uidium **N**a  
**s**onem/ innumerabilesqz alios vno tempore suis  
 licet viuendi gradibus distantes habuit/ qui se  
 invicem viderint vel videre potuerint.

Qui latini scriptores  
 Latini claruerunt tps  
 Augusti cesaris

Libros integros senatui recitare vel populo per  
edita notos facere fuetus erat inuentu paternu  
de temporis ratione / vnico errore cõperto / super i  
certa laude sez dieb9 emendauit xvt e scriptus i  
saturnalibus omnẽ hunc ordinez esse tabule ad  
eternam custodiã incisione mandauit Nec poetri  
e expers fuit. Erat eius in virgiliu carmen bre  
ue quidẽ sed nec humile nec insulsum aggressus  
et tragicum opus studio feruenti calle medio des  
tituit / deleuitqz. Librum vero versibus exametris  
consumauit cui nomẽ sicilia / quo ego nõ nunq̃ ve  
lut clipeo aduersus obrectatores meos vti soleo  
Incer multa que impacatis mihi latratibus ob  
iectant peregrinus et inauditũ poematis mei titu  
lus frõmentes / cui nomen est africa. Quod q̃dez  
varis hactenus fortune repagulis dilatum. Ne  
ret inter manus diutius q̃ putabam. Sed ad in  
ceptum redeo.

De studio Marci varronis .

**N**on indignaberis M. varro p̃poni tibi du  
os tam grandẽs viros / quos sibi prepositos  
nec vniuersus olim orbis erubuit. Neqz nescius  
erã inter studia latinorum primũ tibi locũ eximi  
amqz laudem deberi meminẽrã. Id tibi ab exter  
nis tributus et a nostris / tantũ preconiorum cer  
tatim a multis in vnum hominem congestum vt  
ipse si auxem applicueris erubescas / tamen si ve  
ra et meritis etiã nunc inferiora predicentur.  
Sunt qui de te scribant vir doctissimus varro q̃

tam multa legit / vt aliquid ei sciber vacasse mi  
remur / tam multa scripsit / q̄ multa vix quemq̄  
legete potuisse credamus. Sunt qui te romano  
rum oim̄ longe precellentissimum putent. Sunt  
qui in hoc ne grecis quidem afferant vt vix fide  
pius eloquioqz sacer Lactantius firmianus / qui  
institutionum suarū libris neminem te doctiore  
nec apud grecos vixisse confirmat. Atqz vt cla  
rissimum ex omnibus tibi reddam testimonium  
Marcus Tullius et quod græcis audias i ip̄is  
Achademcorum libris vbi nihil omnino firmā  
dum sed de omnibus dubitandum disputat / om  
nium te facile acutissimum dicit / deinde velut me  
mor proposita / s̄sequitur / et sine vlla dubitatione  
doctissimū. Sane quod ad studiorum tuorum at  
tinet vigilias / quis multa et varia dici possent ni  
hil tamen amplius dicam / q̄ quod in eisdē ach  
demide de te vel potius tecum loquēs Cicero sūt  
inquit vera ista varro. Nam nos in tanta vrbe  
peregrinantes errantesqz tanq̄ hospites vera  
ces tui libri quasi domum deduxerunt / vt posse  
mus aliquando qui et vbi essemus agnoscere / tu  
etatem patrie / tu descriptiones temporis / tu sacro  
rum iura / tu sacerdotum / tu domesticam discipli  
nā / tu bellicam / tu sedem regionum et locorum  
tu omnium diuinatum humanarumqz rerum no  
mina genera officia / causas / aperuisti plurimum  
quidem poetis nostris omninoqz latinis

Lactantius d. 92.  
Varro

et litteris & verbis suis attulisti atque ipsum va-  
rium et elegans omni fere numero poema fecisti  
philosophiamque multis locis inchoasti. **Hec de**  
**M. varrone M. Cicero.** Quibus ego nihil addi-  
derim nisi unum quo eorum que dicta sunt omnium  
crescat admiratio. Hunc illam non scribendo modo sed  
legendo brevis hominum vita videatur. Nihilomi-  
nus tamen interea sub pompeio magno militavit  
et ab eodem bello piratico navalem promeruit co-  
ronam celeberrimam particeps triumphi.

De studio Marci Tullii.

**Q**uem vero varroni comitem dederim nisi que-  
modo testem dedi marcum tullium. **Hos** enim  
et etas iunxit et plinius secundus in libro natura-  
lis historie. Septimo iuxta collocavit. **Hic** ita-  
que cum multum temporis philosophie sicut sepe me-  
minit ab adolescentia tribuisset repente in curas  
rei publice atque in ambitionis laqueos delapsus  
philosophie studium coactus est de se ipso ad consu-  
latum mox puerum in quem nequamissimorum  
civium omnis impietas et (ut verbo eius utar)  
nescio quo pacto omnium scelerum ac veteris fu-  
roris et audacie maturitas erupit. **Et** post consu-  
latum exitum simultatum per heribus reliquis ve-  
tus tot tantisque difficultatibus obsessam tradux-  
it etate ut in philosophia parum aut nihil scriberet con-  
tens eloquentie principatum. **Postremo** autem ubi a fa-  
cie bellorum civilium in oculi solitudinem abire de qua pau-  
lo ante diximus ad it missam divitissime philosophiam iam senior

9  
revertens: omnē in ea curam ac studiū posuit ut  
cuius suis ocio prodesset / quibus antea nego-  
cio profuisset. Itaqz libros innumerabiles varis  
de rebus edidit pulcherrimos / quos qui se vel le-  
gisse iactat vel uidisse q̄ id vix profiteatur ipse  
videt. Mihi quidem vix vnq̄ peregrinatio lo-  
gior suscepta est vbi nō incognitos Ciceronis ne-  
dicam libros sed inaudita librorū nomina comp-  
erim p̄ philosophiam ad id tempus nō nisi greco  
cognitam sermone primus omnium latinis litte-  
ris illustravit / poetriam nō spreuit sed parum fe-  
liciter temptavit / testis est Seneca eloquentia  
illum sua in carminibus destitutum quod ipsum  
aliqua nūc etiam ex opusculis eius indicant. tā-  
ta autem bonarum artium segnes incessit bo-  
na parte librorum eius etati nostre perierit. In li-  
brorum quidē M. varronis interitu / q̄ nec illud  
sine nostri temporis infamia contigerit tamē sti-  
li forsan incultioris asperitas vtamqz hōi negli-  
gentia excuset / sed in operibus Ciceronis vnde  
excusemur nō intelligo. Ante oēs quidē deflets  
est studioforum chorus / vbi lib. vltimus mag-  
nificentiā et ipsius Ciceronis et aliorum testio-  
nio / exceptaqz inde p̄tula coniecturari licet / tan-  
tulum nobis vel ad acendum forte desiderium vel  
ad p̄tius conuicium reseruatū est. Reliquum  
nescio an vnq̄ sit recuperatura posteritas. Vnus at  
huc viro & studioz et vite t̄m̄is fuit / immergēt  
se se p̄ntes lr̄az s̄otibz i dignaz i publicū dānosa

hermū

mors rapuit de qua locus alter veniet dicēdi.

De studio Tironis liberti Tullij.

**O** Vestantē audire mihi videor Tironem ne eum a tanto segre gem patrono. Hic Marci Tullij libertus homo diligentissimus ut Augustinus meminit in libro nocturnum atticarum libro rum patroni studiosissimus fuit eos vigilanter et disponere et emendare solitus. Bonum opus nisi quod libertum hominis cura cumulauerat in gentorum torpor effudisset. Constat hunc de patroni sui iocis libros edidisse quicquid sibi passim memoratu dignum acciderat accuratissime colligentem in vnam congeriem rede gisse ne qua pars illius eloquij periret:

De studio Crispi Salustij.

**C**rispus Salustius nobilis veritatis Historicus Sic ei de illo apud auctores verissimō scriptū video / quo fidelius res africę complecteretur libros punicos perquisiuit / peregrinamq; linguam per interpretem flagranti studio scrutatus est / quin et maria transgressus dicitur / ut oculis suis crederet de conditionibus locorum. Bellum iugurtinū cōiurationemq; katilinae cōpendioso ad vnguem ut dici solet castigato complexus est stilo. Sed nullo famosior q̄ historiā libro q̄ grati quoq; nostrę ne certum eius sileam dedegit amissus est. Veterum quidē testimonio illustris apud nos solo iam nomie superstes

De studio Titij lianij.

**A**tqz vt menia urbis egressi nō statim ex i  
talia fugiās / quo studio putāmus ē arfisse  
titus liuij parauis / quo oēm romanā historiā  
ab vrbe cōditā ad cesarē Augustū es ipse claruit  
tpibus Centū quadraginta duobus volumibz  
scripsit. Opus ipa mole mirabile stupēdiūqz p  
fertim qz in eo nihil raptim et tumultuario vt ai  
unt stilo / quod quidē solent quī dē vba labijs ob  
latum scriptis mandant. Sz tanta maiestate se  
tentiāz / tantaqz verborū modestia cōpleuit oia  
vt ab arte eloquētie nō multū abeē videantur.  
Sed ē quantā etatis nostre macula. Huius tam  
ingentis tāqz egregij operis vix portio subest /  
exigua quidē / cū in decades xl ab ipso conditoē  
xl quod magis reor a fastidiosis postmodū lecto  
ribus sectū foret / ex quatuordecim nō nisi tres de  
cades supersunt / prima scz tertia et quarta. Secū  
dam quidē ipse ego hortāte quondā sacre memo  
rie Roberto Sicilię rege sūma sed hactenus in  
efficiā diligentia quesim. Atqz vtiā falsus va  
ticanator inueniar. Cito enī nisi mores hominū  
mutētur de hoc enētūū vteroz quod oli propo su  
erat gaius caligula nequissimus tyrannorū / de  
quo ē apud Suetoniā tranquillū quod Titū liuij  
historiā et virgilij poete libros et p̄magines paz  
abfuit quā ab omnibus bibliothecis amoueret  
vtqz ingenio viri huius clarissimo nubem obli  
uionis quam non attulit Imperiosa / crudelitas  
afferat sensim incuriosa segnicies.

De studio Plinij secundi.

**N**Ec te plini secunde veronēsis a Tito liuio  
disiungam a quo nec etate nec patria longi  
quus es. Tu quidem quibus equestribus militiis  
industrie functus / procuraciones quoque splendi  
dissimas atque continuas summa integritate ad  
ministrasse perhiberis. Verumtamen tantam li  
beralibus studiis dedisti operam ut non nisi teme  
re plura quis in ocio quam tu inter tam multas occu  
paciones scripsisse memoretur. Ut enim minora  
fileam. xxxvii Romane totidemque naturalis hi  
storie libros ad vespasianum principem vberri  
ma florentissimaque sermonis elegantia descrip  
sisti. Sed quot preclaros vetustatis auctores tot  
posteritatis pudores ac delicta commemoro / que  
quasi non contenta proprie celeritatis infamia  
alieni fructus ingenij ac maiorum fastidiis vigi  
liisque elaboratos codices intollerabili negligē  
tia perire passa est. **C**unqz nihil ex proprio  
uenturis daret auitam hereditatem abstulit.  
**P**rimum nempe Plinij opus in quo ut est apud  
tranquillum / omnia bella tractauerat que cum  
Romanis unquam gesta sunt ex oculis nostris eua  
nuit. nec vsquam superest / tot ego quidem talium  
satis ardens explorare audierim. Hoc autem et  
quicquid in hanc sententiam questus suus non ad  
minuendum post nascituri populi studium retuli

quin dolorem meum potius effundens et etati  
curiosissime in quibus non oportet rerum tam ho-  
nestarum prorsus incuriose soporem ac torporem  
exprobrare. Equidem apud maiores nostros nihil  
querimonie similis inuenio utrumque nihil iactu-  
re cuius ad nepotes nostros si ut augurorum res e-  
unt forte nec sensus ullus nec noticia peruenisset  
ita apud alios integra apud alios ignorata omnia  
apud venturos lamentandi materia. Ego itaque  
cui nec dolendi ratio sed nec ignorantie solamen  
adeft velut in confinio duorum populorum constitutus  
ac simul ante retroque prospiciens. Hac non accep-  
tam a patribus querelam ad posteros deferre volui

De studio Marci Catonis :

**N**unc calle medio Romam rursus quasi ma-  
iestatis aut sacrilegii reus retrahor eo quod  
meritum catonem illum senem / qui apud alios scrip-  
tores primum in hac acie locum tenet silentio sup-  
mens abierim: cuius tam vehementis studium suis  
se comperit est / ut ex quo primum litterarum dulce-  
dinem gustavit nulla unquam alia dulcedine distrahi  
potuerit. Non bellorum curis non victoriarum leticia /  
non gloria triumphorum quibus ornatissimam etatem  
egit. Itaque quod de paucis scriptum vitamque re-  
consummate prestavit. Si arma sumpsisset natum in  
armis credere. Si se ad studium vertisset inter  
litteras. Et quod magis mireris non hoc sibi pro-  
positum fuit ab infantia quando altius impres-  
sa difficiliter auelluntur sed latinas literas etatem

modo prouectus: grecas vero senio gratis attigit  
cum maxime fugere solet animus mortalium  
tunc acrius inardescens cupiditate discendi.  
scripsit libros rerum variarum ac inulcarum /  
eloquentia vetusta quorum omnium clarissimus  
est liber originum. ¶ Fuit autem ut Plinius  
ait et triumpho et censura super cetera insignis  
magis tamen etiam nunc. Nam claritatem litte-  
rarum preceptisq; omnium rerum expectandarum  
dati generi Romano / inter prima vero agrum  
colendi omnium confessione optimus et sine emu-  
lo agricola. Vitam quidem iniuriam stimulatam  
procellis inquietam duxit. ¶ Hinc sibi velut gu-  
bernatori egregio ex tempestate maritima non  
minus glorie partem quam laboris. Quater eum et  
quadragiesies causam dixisse testis est Plinius  
¶ Et cum nemo sepius accusatus semper tamen  
absolutus fuit. Quod nisi fallor et summe inno-  
centie et importuni rigoris iudicium videri potest  
¶ Denique sexto et octuagesimo etatis anno /  
cum a ceteris vice officia deseruntur accusatus  
ad capitalem causam non adhibuit aduocatos.  
¶ Sed progressus in rostra causam ipse suam  
constantissime defendit. Adeo ut nec lingue tar-  
ditas / nec cerebri seu laterum fragilitas nec vl-  
la prorsus mutatio in tam loquax oratore pos-  
set intelligi. ¶ Vnde autem in etate quassa ac  
ruenti tanta rerum omnium integritas Nimirum

Hoc illi studiū iuge prestabat et vt ipsis valerij  
verbis vtar omnia in suo statu equalis ac perpe-  
tua industria continebat. Nec ad sui ipsius tantū  
quin ad aliorū quoqz defendendā cām hic sibi a-  
nimus eademqz affuit facultas. Sub ipm eniz  
longissime finē vice aduersus accusationē singu-  
laris et tū maxime florentis oratoris Galbe se  
opposuit Hispaniāqz puincā quā iuuenis arma-  
to manu vicerat iarmis senex lingua defensauit.

De studio Roscij Histrionis.

**I**ngens & pene ridiculus a **Q**. Catone ad  
Rosciū Histrionē descensus / ipse tū ne Hinc v-  
bi eū alij scriptores admiserūt excludatur / obse-  
crat / neue d illo inter Bibliothecę penetralia loqui  
pudeat / pro quo nō puduit Marcū Ciceronē i fo-  
ro loqui / et quod mirari cogit populū Romanum  
oburgare / quā is agente gestū Roscio tumultu-  
osus / nec satis attento silentio fuisse videbatur  
Demqz pro quo habitā orationē scriptis māda-  
re nō piguit. Profecto enī ad quālibet artū ap-  
plicetur animus intētionē vehementi / ad presen-  
tem materiā spectare potest. Nā quid refert / Ar-  
tes varie studiū vnum ē Roscius itaqz iudicre  
artis / famosissimus magister / tāto illā studio ex-  
ercuit / vt nullū populo nisi domi prius examina-  
tū actū exprimeret. Qua diligentia eo profectus ē  
vt apud ipsū Ciceronem scriptum est / mirandas  
eorum impudentiam / qui agerent in scena gestū /  
inspectante Roscio et sequitur huius dicti ratio

Quis enī sese cōmouere potest / cuius ille uicia nō  
uideat **H**inc sibi contigit et ut nomē ingēs et lae  
gas opes quereeret nec vulgo solum / sed clarissi  
mis uiris ac principibus ciuitatis acceptus foret  
praecipue qz **C**iceronē Cui tam familiariter notus  
fuit ut eum Cicero accusatum publico iudicio de  
fenderet. **C**onstat pretereaxt in **S**aturnalibus  
scriptum ē contēdere **C**iceronē solitum cum **R**o  
scio / p̄trum ille sepe eandem sententiam varijs  
gestibus efficeret / an ipse eloquentie copiam di  
uerso sermone pronuntiaret. **Q**ue res ad hanc si  
duciam **R**oscium attraxit ut librum conscriberet  
quo eloquentiā cum **H**istrionia compararet .  
**H**inc scilicet motus quod altera uocis sono / alte  
ra corporis motu latentes affectus animi diuer  
sa quidem uia sed pari representare uideatur in  
dustria. **H**ic est **R**oscus ille qui inter ceteros  
magni nominis lucij **S**ille carissimus et ab eo  
dem dictatore annulo auro donatur. **T**anta de  
niqz ut **M**acrobis ait fuit gratia & gloria ut mer  
cedem diurnā de publico mille denarios sine gre  
galibus solum acciperet.

**De studio Esopi Histrionie.**

**E**t ne artifices factis et professione simili  
mos stilo separem **E**sopus et etate et arte  
et opibus et gloria et amicitia **C**iceronis / **P**os  
tremo rebus omnibus **R**oscio pene par fuit / nisi  
q̄ arte scenica librum quē me legisse meminerm  
nō scripsit / studio certe non inferior **A**mbos deni

qz ad audiendū videndūqz Hortensium et elo  
quio clarū et multo maxime motu corporis cōspi  
cūm imitandi studio simul curiaz frequentasse  
notum est. Sed iam satis multa de nostris. Vne  
mihi procul ab his littoribus nauigandū et in a  
plissimum studioz tam pelagus proa flectēda ē.

De studio archimedis.

**Q**ue nam vero ab ytalie finibus digresso pri  
or tellus occurrit trinacria que ipsa olim  
vt aiunt ytalie pars erat nunc ytalie insula est.  
Libet ergo orationis mee ambam in portu Sy  
racusio parumper alligare dum salutato Archi  
mede proficiscor in greciam. Sic Syracusis ortus  
illic vixit illic obiit que res licet parte terminis  
arctatum indicet animus tamen eius nullis cir  
cumclusus finibus sed maria et terras et celum  
omne percurrens meditatione liberrima quo pe  
netrare acies humana non poterat oculis mentis  
incendit eoqz claritati euasit vt aut summum aut  
summū pacem locum teneat vnicus vt linus ait  
spectator celi sederūqz. In altissimis quidem  
questionibus quas celestius indago dissennā  
nt in terris magna pars dissidentium hoc vtiē  
patrono. **S**tudium enim summum fuit na  
ture opus quatinus homini licet representare.  
Primus omnium speram acri artificio meditat  
ē in qua celi specie solisqz lune atqz errantiū re  
liquarū diuersitates et motus nō tantum aīe sed

oculis etiā nostris expressit fugacissimū cursum  
tpis ingenio dimensus. **E**ffecit idēxt Ciceronis  
urbis vtar q̄ ille qui in thimeo edificauit mun  
dū platonis deus / vt tarditate et sceleritate dis  
simillimos motus vna regeret cōuersio / quod in  
hoc mundo fieri sine deo nō pōt nē in spera qdē  
eosdē motus Archimedes sine dīno ingenio po  
tuisset imitari **S**tupendū et incedibile prorsus  
inuentū nisi mūdus ad hoc oīs vteretur. Nec cele  
stiū sed et terrenorū mirus artifex geometrie p̄i  
tissimus / repxtor machinarū quibus obsidiones  
patrie aduersus romanū exercitū et Marcellum  
duccē vnus semiculus haud dubie tardiorē fecit  
**C**uis ingenij veneratione hostis etiā meruit fano  
rem sed eā imodica mentis intentio inefficacē red  
didit. **C**apta siquidē ad extremū vrbe cum eā di  
ripiendā duz p̄mitteret iusto militum furori /  
vñū de tot milibus excepit Archimedes **I**lle nī  
hil aut extremis casibus motus / aut publica sen  
tiens tumultus figuris geometricis quas i pul  
uere designauerat totus impendebat **I**ntrogres  
sus interea vnus ex militibus Romanis inter  
rapine sitim et imperatorij p̄cepti memoriā  
hesitabundus elato mucrone supra verticem co  
gitante vt nomen suū ederet iubebat. **A**t is (ocu  
los atqz aures / ingens animi cura concluderat)  
ferociter p̄cūctanti certuz aliquid ostendere nō  
valens opposita tantum manu ne puluerem sibi  
suum confunderet obsecrabat. **M**iles cōtempo

facti in h' finē  
Cy Archimedes

rem ratus interficit. Cuius mortem miseratus  
dux Romanus inuinitatem frustra sibi destina-  
tam in affines eius trāstulit/ sibi vero q̄ vnum  
supererat honorē tribuit sepulture. Quam qui-  
dem multo post tēpore delectam et suis etiam ci-  
uibus incognitam M. Tullius inter densissimas  
reperit se reperisse vt ignorantibus indicasse cō-  
memorat vt in Tusculano suo scribens: quanto  
Homantio cuius semeritum bustum sparfosq; ci-  
neres inuenisse gloriatur romani princeps elo-  
qui fortasse prolixius q̄ propositi necessitas ex-  
igebat in illius memoriam dicta sint/ cuius Histo-  
riam nusq̄ demceps in hoc opere occursum  
reor.

#### De studio Pythagore.

**I**n grecias transfretanti primus pythagoras  
occurrit phis et philosophici nois inuētor  
hic sane demarato prē genitus locuplete nego-  
ciatore longe locupletior ipse negociator mox fu-  
turus Deinde ab etatis sue primordijs sapientie  
pariter atq; honestatis arduū ac laboriosissimū  
callem ingressus natalis soli dereliquit angus-  
tias toto orbe peregrinus. Siquidem vt in Histo-  
ria poetice verbis vtar vir fuit hic et ortu sam-  
us sed reliquerat vna/et samon et dominos odio  
q; tyrannidis exul sponte erat. Ecce iā actus pri-  
mus spiritus egregij seruenti patrie liberū exi-  
liū pretulisse. Sed quod sequitur vni ē/ isq; li-  
cet celi regione remotus.

Pythagora

Mente deos adit et quod natura negarat.

Visibus humanis oculis ea pectoris hausit.

Sic est pfecto de nullo fere phorum tot ferunt  
archana / quis in multis velut viator nouus / ra  
ris signatum vestigis iter agens / a recto demas  
se / sed si dici fas est delirasse videatur. **N**o alienū  
est referre quod de hoc viro i Tusculanis libris  
scribit Cicero testem afferens virū pontium he  
raclidē vt ipse asserit dictū Narrat enī vsqz ad  
illam etatē omnes qui in rerum occultarū inues  
tigatione versabantur habitos et vocatos fuisse  
sapientes / ipsum ea tempestate pthagoram Si  
lucem peruenisse et cū leonte eius loci principe d  
nonnullis rebus doctum atqz elegans habuisse  
colloquiū / quod princeps admirans que nā sibi  
ars eēt precāctatus ē. pithagoras vero gloriosū  
illud vetustatis nomē erubescens / artis nullius  
titulū vsurpare se quidem phm eē respondit. **I**n  
auditiū ille rursus nomē admirans vt vim ei ex  
poneret orauit / cui pithagoras p similes mihi vi  
ta hec mercato cuiusqz celeberrimo videtur. **V**t e  
nī quidā iuribusqz celeritate cōtendunt nihil pre  
palmā victorie petentes / quidā distrahendis cō  
parandisqz mercibus lucrū spectant / alij neutriū  
oīo cogitātes solo visendi noscēdiqz studio tra  
huntur / quod genus hoīm pre ceteris liberale z  
igenuū videt / sic i istā quā degimus vitā velut in  
mercātū maximum conuenisse omne genus ho  
minū vides / quorū alij gloriā alij lucz aucupāt

Quia vero perpauci spectis omnibus quid agat  
studiose circūspiciunt cognitionē rerum et nihil  
aliud querentes / Hos enī nōdum certe sapientes  
sed sapientie amatores id est philosophos voco.  
**E**t hec quidē de inuentione huius nominis quod  
in tantū post emittit nostris verbis alieno dixit  
testimonio q̄ nec idigna memoratu res ut preser  
tim de pithagora nobis institutus erat nec alter  
oportunior dicēdi locus videbatur. **N**ūc ad posi  
tū reuertamur. **I**ste ē pithagoras q̄ ardenti ra  
piēde virtutis studio et in egiptū pfectus trāsac  
ti tyris noticiā et a sacerdotib9 egiptie in psidaz  
inaz ip̄am ut Justinus ait Babiloniā sp̄derū tur  
sus omnēqz celi rōem ac mūdi originē a persarū  
magis creatā deinde spartāqz rediens ab eoz sapi  
entibus mores egregios minusqz et ligurgi in  
stituta perdidit. **F**uit et phereadisescri discipu  
lus illius antiqui qui primus oīm dixisse reperi  
tur animā immortalē opinionēqz sanctissimā ab il  
lo susceptam pithagoras cōfirmavit. **E**9 rei **C**i  
cero testis est. **D**emqz in eā partē ytalie q̄ tunc  
magna grecia dicebatur transgressus ē multisqz  
suis memorabilibus monimētis edita metapora<sup>107</sup>  
diē obiit. **V**ir magnus in primis et qui nō noīs  
solum inuentor ut Cicero idē ait sed rerū etiam  
amplificator fuit / priuatimqz & publice p̄stāti  
finis institutis et legibus ytaliā exornauit. **H**ui9  
āt tam rehemētis studiū et tā copiose doctrine  
fructum venerationem quandā singularē viuēs

morienſq; precepit / ſed de hoc alibi

De ſcientia platonie .

**D**E platone ( quod ſaluſtius ait de Cartha  
gine ) melius erat tacere q̄ parū loq̄ ne ta  
men aut ipſe vnde laudē meretur ſilentio cega  
tur / aut mihi torpor ex admiratione ſurceperit  
ſcriptū memorabitur. **H**ic antiquiſſimo vtrūq;  
nobiliffimo genere multū ipſe nobilior athenis  
ortus / eruditus a ſocrate patria et preceptore cla  
riſſime hxiū tamē ſic vtrūq; ſupant vt niſil  
aut **S**ocrati illo diſcipulo feliciter cōtigerit / a a  
thenis illo aue glorioſius **H**abuit 2 preceptores  
alios dionifiū in primis ſcripturarū rudimētis  
**A**riſtonē Argiuū in paleſtra in qua luctator ex  
ercitatiſſimus euasit. **D**icitur quoq; artē nō li  
q̄t intētaram. **A**d huc et tragedias ſcripſit / tāq;  
illi poetādi fiducia inceſſerat vt ad eſp̄ſionē  
aſpiraret niſi iugē **S**ocrates hoc eius propoſitū  
mitigaffet / ad altioris glorie deſideriū attollens  
**H**eraclidis primū ſectator fuerat deditus tandē  
ſocrati coequens ſuis poſt ſe relicto ipſam **S**  
ocratie doctrinā et ornauit eloquētia et rōnib; ar  
manit **V**bi **V**o **S**ocrate ſibi mors eripuit / ne qd  
oīo t̄pis amittēt q̄nis iā eloq̄o et ſap̄ia celo par  
oī iudicio t̄n egyptios ſac̄dotes adijt ad quē mū  
d; c̄cati diſcedi ſtudio cōfluebat / ip̄s ab alijs diſ  
cē nō p̄dmit **I**nde at aſt̄rologie pitiffid diſcedēs  
ad **t**herodoſiū c̄renaiā p̄clax illiſt̄pis geometriā  
ā p̄ſcūs ē **Q**uibus oībus vult vndiq; cōquiſit

amj

merabus instructus per pitagora tandē vesti-  
gia in Italiam venit Inuenisse ibi eū tū multos  
tum architā tarentinū timeumqz eos cognouit  
se et ab eis didicisse pitagora omnā auctor est  
Cicero in primisqz immortalitates anime a phere-  
cide vt aiunt repetitam/a pitagora susceptam in  
expugnabilibus uasuit argumentis. Inter pi-  
thagora successores arctiori amicaida cōplexus est  
Timeū ex locris oriundū. Sub cuiusnomiē pre-  
clarissimū librū scripsit In oī sane pitagora do-  
ctrina/nō minus castitatis imitator q̄ ingenij fu-  
it. **P**roter hec etiā ad indos & ad magos penetra-  
re decreuerat fecissetqz nisi eū velut ī portu Bel-  
lorū tēpestas in priā tenuisset. **V**bi nihilo segni-  
us interea parmenidis ac zenonis inuentoribus  
se dedit ex multoz sez ingenij libās quod mor-  
te fusus erat in plurimos **S**cripsit equidē di na-  
potis q̄ hūana faciūdia libros multos. **E**t vt de  
eo q̄ scripta sūt ad cōtextū rēferā p̄musoīz tripti-  
tā phiam copulauit & sibi inuicē necās ptes/nec  
pugnare it se tūmō sed etiā mutuis se adiuarē  
auxilijs oūt. **N**ā q̄nis de diuersis officinis hec es-  
sent ei phie mēbra suscepta naturā a pitagoris  
dīalectica rōnalis atqz moralis ex ipō socrate  
fōte/vnū tū ex oibz & q̄i ap̄ri parts corpus ef-  
fecit. **E**t cū p̄nceps hāz familiāz ipollutas sniās  
& ichoatas auditoribz tradidisset hic eas tū rōe  
limādo/tū orationis auguste honestissā sp̄cie ī-  
duendo perfectas atqz etiam admirabiles fecit

metens

Quatenus alienis verbis usus sum tempus est ex  
me aliquid loquendum. Hinc igitur validissima phi-  
losophie radix exoritur in plurimos postea secta-  
rum ramos dissidentibus ingenio diuisa. Itaque  
iure optimo non graecum tantum sed **M. Cicero** et o-  
nes doctiores latinorum uno ore vel platonem sibi  
glorie philosophorum principem appellant vel qui-  
minus hunc vel illum glorie sibi tribuunt colle-  
gam. Alii plotinum ut **Macrobius** / alii zenofontem  
ut **A. gellius** / Ita de collega fortassis aliqua de  
platone nulla questio est. Nec sciam nescius ab hac  
tanta platone laude quosdam ut **Tulliano** eos  
nomen designem plebeios et minutos vel si seneca  
vocabulo uti malim cathedrarios philosophos  
discordare / qui non aliter quam in magno exercitu se-  
diciosum vulgus et ignaui magne clamoribus  
promiscue novosque sibi duces faciunt / iusti impe-  
rii desertores / quibus igitur militibus licet obste-  
pant inuneris paucos vel grecorum vel latinorum  
obsciam quorum congressu nec anceps bellum sit  
nec necessaria sententia constetque alios fortassis  
a pluribus / platonem certe a melioribus laudatum  
**Sed de hoc multa loqui locus dehortatur** : ne scilicet  
a rerum narrationem in contentione studium tran-  
sisse videamur. **Præstat igitur ceptus sequi et ne**  
vulgatum in geram lectoris si forte nescis admo-  
neo extare librum elegantem **L. apulei Madave**  
rensie illustris platonici qui liber inscribitur de  
platone. **Illic quidem et ipsius prosapia et tempus**

47

originis et parentū fratrumq; ac preceptorū nomi  
na et studia et peregrinationes / et patrimonij mo  
dum / deniq; tantū viri opiniones celebres ac fa  
mosas de deo de ydeis / de mundo / de anima / de  
natura / de tempore / de stellis erraticis / de anima  
libus / de providentia: de fato / de demonibus / de for  
tuna / de partibus aīe et corporeo singulari domi  
cilio / de sensibus / de figura corporis hūani ac dis  
positione mēbrorū / de diuisione bonoz / de virtu  
tibus / de tripliā virtute ingemorū / de tribus cau  
sis appetendorū bonorū / de voluptate / de labore  
de amicitia inimicitiaq; de turpi amore / de tribus  
amoribus / de speciebus culpabiliū hoīs / de statu  
et moribus atq; exitu sapiētis / de ciuitatib; / de e  
publica / deq; e; institutione legibusq; optimis  
**De** his inq; oībus succincta breuitate cōspiciunt  
nec in amentū cognitu reperiet tractatū **De** initio  
quidē mundi idē sibi quod nostris cuius cōtrari  
um successorū e; Aristoteli visum est mundū nō  
cepisse vt testatur **Cicero** in primo **Tusculanaz**  
questionū libro / licet **Apuleius** in hac eū opinio  
ne variatē dicat ceterū tāetsi ab initio h; operis  
decreuissem ne quid aliunde q̄ ex secularib; lit  
teris sumptū inuenerem: siue ignorantie aliaruz  
mibi cōscius siue ideo ne res distantissimas ipor  
tuna permixtione cōfunderem / tamē cū ad hunc  
tantū philosophie antistites tamq; religioni no  
stre consentaneum ventum foret / temperare mihi  
nō potui quominus prefixam stilo metam parūp

excederem idqz ab ipso recognoscerem quod non  
modo noster sed sequaces etiā sui memorie p̄di  
derant. Igitur aduentu suo in egiptū quē supra  
retuli / præter astrologiam / prophetarū quoqz ri  
tus ac doctrinā didicisse platonē fama ē. Quod  
et ipse Apuleius vitæ actuqz singulorū eius di  
ligentissimꝯ scrutator asserit / et gloriosus pater  
Augustinus in libris quos de xp̄iana doctrina  
edidit curiosius exequitur. Narrat enī fuisse su  
is temporibus Hereticos / qui dixerāt saluatorem  
nostrū nō propriam sed platonicā habuisse doct  
Nec multo post qui defunctus sepeliebatur affuit et fra-  
ctam depositi legem questus pecuniam poscebat. Infelix  
et pecunie iope et consilii nullum nisi voluntarie mor-  
tis remedium habituram videbatur. Jam circumspicere  
ceperat quem funem collocandum ardet qua nam se trabe  
suspenderet. Miserratus demosthenes innocentis et per  
simplicitatem circumte proximum suscepit et iudicium  
progressus ita cum egit. Mulier ait presto est deposi-  
tum reddere sed ut tu ipse faceris secundum contractum.

conditionem alteri sine altero restitui non potest so-  
cū igitur adducto / nulla mora ē quo minus pec-  
niā cōmunem ambo sumatis .

De astucia Aristotelis sup titulo quorūdā li-  
brorum a se factorum.

**H**ic hic aristotelis factū interserere ab ali-  
is quibus alio loco positum thodecti discipulo  
quosdā artis libros oratorie dono dederat ut ille ti-  
tulo librorū in se trās lato publicaret eos / ex alie-  
no studio sibi nomē et gloriā q̄siturus p̄ q̄ seu  
discipulo iratus / seu dolēs alteri laborasse / seu glo-  
rie cupidior effectus / mutare cōsiliū cepit / et ad  
se reuocare velle quod dederat In alio igitur quo-  
dā libro de re quapiā sermonē habens addidit ple-  
nis sibi de eo disputatū in libris qui thodectis  
dicentur Ita paucissimis verbis et annū gloriā  
et liberalitatē ppriam qua nulla maior esse pote-  
rat subuertit / q̄ id recte ipse viderit sed profecto  
callide .

De astucia eodā atheniē q̄ vt vicaret moart  
piculū publice p̄nt dignitatis gradū.

**H**erunt athenis quēdam accusatum apud po-  
pulū de capitali crimine / cū se publice odio  
sum intelligeret metuens sibi q̄ res gravis ac p-  
iculosa sub infestis iudiciis irretiretur h̄mōi cō-  
siliū cepisse Siquidem repente in p̄titionē hono-  
ris descēdisse . Et vbi misericordiam p̄titorus pu-  
tabatur supremum in ciuitate dignitatis gradus  
postulasse Nō spē aliqua obtinēdi quod postebat

quippe qui extrema quoque formidaret sed ut eēt  
ubi se aduersus eū cōceptus popularis furor abſu-  
meret Nec aliter euenit Sibilis enī et ignominio-  
ſis omnium exprobrationibus e comitio fugatus  
tū repulſam grauiffimā recuſſet Nec poſt multo  
dicende cauſe dies afforet populū ſidem priore in-  
ſectatione ſatiatus in ſecunda miſericorditer ſecū  
egit ſic alioquin mortis periculum aditurus i ſo-  
latium negati honoris remanſit in uita.

De aſtucia ruſtici aſinarij contra alexandruſ  
per quam mortem uitauit.

**A**lexander macedo reſponſis uſſus primus  
Extra muros urbis inuentum morti tradere  
obuiū forte aſinariū occidi p̄ceperat Ille q̄p̄ ſubi-  
to cōſternatus malo nō uſq; adeo tamē obſtopu-  
it qn̄ in uerba p̄ciperet Et oro inq̄t rex ne me ſal-  
tē cauſe inſcū ad tartara mittas dic mihi p̄ſq̄  
moriar quid dignū morte cōmiſerim Tum rex ni-  
hil equidem ſed ſors tua hiſcaſibus te obſtulit ne-  
pe ſuxerim cōſilijs agoz ut qui primū mihi hōdie  
occurreſſet interſici iuberem Confirmatus hoc ſ  
mone ruſticalus minime ruſticānā euadēdi uia ar-  
ripuit. Si hec uera ſunt i q̄t hanc ob cām ego nō  
moriar hmo hic qui me p̄reibat et aſellum ſuum  
digito monſtrabat Tali et tam prompta ſolliciti-  
a ſibi uictam regi autem innocentioris uictime ſa-  
cultatem tribuit Ceterum ruſticus hic ut ruſti-  
cus ſibi ſoli profuit qui ſequitur ut p̄hās multie  
cōſilio ualidus fuit.

De astucia maxime pbi contra alexandru  
per qua saluauit ciuitate euerendam.

**H**oc euerenda lamsacum magnis odys ipul  
sus perabat alexander. Erat intra ciuitate  
mentia Anaximenes ipso Alexandri familiaris  
ac pceptor. Qui ad leniendum discipuli furorem  
portas egressus obuiam pergebat Vidit huc veni  
entem Alexander et uacillans aduentus sin cam  
iuro inquit me no facturuz quicqd id erit quod tu  
me rogaueris At ille oro ait ut lamsacum euer  
tas Subsistit Alexader et iuramenti religioe ceptu  
differre coactus est.

No. bona solertia

Comendat astucia eoda contra opinionem coez no  
tatis misteriu statue publice et litteraz suaru.

**I**stud quoqz satis calidum si modo uerum quod  
no multis retro seculis contigisse quidam me  
morant Erat in Sicilia ut aiunt ingens statua  
que in loco nouissimo ab extrema hominu memo  
ria intacta permanserat in qua litteris vetustissi  
mis insculptum erat kalendis magis habebit ca  
put aureum Eni uero id ludicrum commentum quidam  
crediderunt Alij nudum uerborum sonum secuti eoruni  
tatis excesserat ut i die kalendaru statue caput  
tere brarent: ubi cum nihil preter solu marmor inue  
nissent fabularum ac risus materiam vulgo dederat  
Unus tandem antiquitatem statue simul atqz ar  
tificiu contemplatus Cogitansqz in re tam seria  
aliquid preter fabulam latere / scripturam ab oibz  
conspiciam sed a nemine intellectam acutiori

penetrauit ingenio. Siquidē die kalendarū redē-  
te aīo atqz oculis intentus ortū solis operiēs locū  
vbi caput statue primis radijs vmbra iaceret di-  
ligenter annotatū cōsignauit. Illic postea clam  
et ex cōmodo suffodiens magnū auri pondus ex-  
perit.

De astutia castracij cōtra lippū dispensatoris  
suū appōita in ambiguitate scripturæ.

**C**astrucius dux lucanus vir etatis nostræ  
clarissis cū dispensatorē suū lippum noīe et  
suo locupletatū nosceret / cogitans nō pecuniā  
mā ab eo per ludū exigere / submisit qui ad eū tūc  
absentē pergeret et dñi verbis pecuniā flagitaret.  
Scitit in dubio dispensator litteras Castrucij nō  
videns quē id varietate negotiorū quod in illo  
viro verisimillimū erat omīssum diceretur. Scit-  
auit tandē incōsulco domnō nihil agere. Cuius volū-  
tatem cū per litteras exquireret ille scripsit tam  
ābiguitatēqz duplicibus verbis licet supfide af-  
firmationem clarā cōtinere viderentur: introitus  
tamē ad vtrūlibet flecti possent. In fine verborū  
addidit: vt pecuniā a te pecuniā numeres oīo volu-  
imus. Hoc autē tante prime littere cōfusione scrip-  
tum erat vt nō magis volumus q̄ nolimus legi  
posset. Lippus litteras dñi iubentis cū verbis nū-  
cij p̄sentis cōferens pecuniā numerauit. Interierit  
to tpe cū rationē redderet negabat. Castrucius in-  
su suo traditā pecuniā Lippus litterā manu eius  
scriptā proferebat. Castrucius illā relegēs suam

quidem non negare sed omnia aduersus illius se-  
 tenciam interpretari Et cum ad finem puenisset sic <sup>pna calliditas</sup>  
 ne vlla hesitatione nolimus legit et non volumus  
 Intellexit locum lippus et subridens siluit.

Sequitur de sapientia mulcoꝝ in factis vel di-  
 ctis et de exemplis eorum.

**I** quis erit forsitan qui magnam spem materi-  
 e felicioris ex tituli presentis inspectione conce-  
 perit sciat me hoc loco neque meipsum neque pro-  
 positi oblitum de communi hominum sapientia tractare. quod  
 re si quid aliud expectabat errorem susceptum in li-  
 mine linguens in vestibulo rebus integris abeat  
 quod apud me querebat apud alios cepturus. at  
 cui exemplorum illustrium profertilem virtutem serua-  
 tari propositum est multis hec diffusa volumini-  
 bus acceruantem calamum sequatur.

De sapientia scipionis africani circa erudien-  
 dos homines indoctos et inexertos malorum

**S**cipionem africanum hac similitudine vti soli-  
 tum accepimus / ut equi bellis et victorie fero-  
 ces / domitoribus traduntur sic homines prosperis  
 successibus elatos / atque intrtractabiles rationis ac  
 doctrine frenis subigendos / ducendosque velut in  
 agrum in experientiam humanorum casuum ac for-  
 tune volubiles / ut agnoscant quibus superbiunt  
 quam fragilia quamque caduca sint .

No. 2.

De commendatione hominis sine aduersitate se-  
 ipsum domantis Et de laude iulij Cesaris circa

R

illud exemplum.

**Q**uod si sapienter fit et dicitur quātō extimā  
dus ē vir q̄ sine vllō domicilio externo cetera  
omnē aduersitatis experientia p̄xtuis victorijs  
insolentē animū frenauit atq; cōpescuit. Qui in  
eam quam diximus cōsiderationem per seipsum  
venit vt fortune blandientis insidias ante q̄ pate  
retur agnosceret Et quo plus ab ea recepisset eo  
nūnus moribus fidendum suis parciusq; retemp  
tandos casus intelligeret Quod de Julio cesare le  
ctum ē qui licet bellandi semper cupidissis fuiss  
vsq; adeo vt nō exdestinato rātū sed ex occasione  
et sepe horridis tēpstatibus quib; neduz castra  
moturus sed nec iter ingressurus quisquā videre  
tur pugnam capescere cōsueisset In extremo autē e  
tatis ad certamē ob hoc vnū paululū morosior ac  
liberatioꝝ eē cepit nec voluptate sed ā necessitate  
ā euidenti et magna vtilitate suscipe Ex eodē ce  
bro auditū memoratur verbū oībus sed ī magno  
presertim cōstitutis impio memorandū/ difficilis  
principē cōitatis a primo in secundū ordinē q̄ a se  
cūdo in nouissimū detendi. Quod dictū eo p̄inet  
ut in oī m̄su principis obfistamus/nō ignari ma  
ioris ibi rei q̄ que cernitur fortunā v̄rti. Id a sa  
pientissimis viris cōsultum/et ab ipso nō secus fac  
tum q̄ dictum nouimus. Idē iuuenili etate ante  
vllum maius imperiū pompie vxori L. Sille dic  
tatoris nepti repudiū miserat propter suspiciōnē  
adulteri cū p. Clodio admissi qui ad eam inter

publicas ceremonias habitu femine suscepisse se  
 rebat / e9 rei sup memimus Erat ta violēta sus  
 picio vt senat9 ob id q̄tionem de pollutis sacris  
 aduersus adulterū decerneret . In qua vocatus  
 ad iudici9 cesar m̄rē ac sorore sine h̄sitatione ces  
 tantibus / certi nihil se scire ait Interrogatus cur  
 ergo coniugē repudiasset respondit his verbis .  
 Quoniā meos tam suspicione q̄ crimine iudico ca  
 rere oportere .

De sapienti practica cesaris Augusti ad am  
 mandū subditos ad bonū et virtutem.

**I**llum Augusti cesaris morē probo q̄ glori  
 ficandis duabus antiquis q̄ romanū imperiū  
 anxissent exactissimā diligentia impendit / opa cu  
 iusq9 reintegrans ac titulos dedicatis oim statu  
 is triumphali habitu in portibus fori sui factum  
 factū placet nec minus rō Siquidē edito p̄fatus ē  
 eo se p̄posito id agere ut eēt quoz ad exemplar et  
 ipsius et successorum formarentur mores / atq9  
 ad quoz veluti p̄sentem regulam institutos prin  
 cipes suos exigeret populus romanus Sapiēter  
 vndiq9 nā haud dubie virorū illustrium memo  
 ria que his p̄cipue modis alitur / et populos de  
 siderio illoz aut similitū accendit / et generosis pec  
 toribus validissimū calor adigit Ipsi quidē vir  
 tuti constat nullū ab homine mortali vel carius q̄  
 ducuntur p̄m̄ium p̄stari posse q̄ glorie . Ita  
 videntibus q9 duabus p̄claris multos honores  
 largitus est pari consilio vt et bene meritis suis

Xm̄ dicitur / si  
 de vita et etna  
 glia q̄ a solo dno e  
 te scire videris

redderet et animos expectantiū spe aut cupiditate  
familiarum premiorum ad imitationem virtutis in  
duceret. His actibus vnam eiusdem vocem addē  
dā puto Casu quodam in domo Catonis illius  
qui vltice interierat ingressus strabonem audiuit  
in adulationē sui Catonis inflexibilem duricies  
accusantē Respondit cesar. Quisq; presentē aca  
tis statū cōmutari nō vult et cuius et vir bonus ē  
Ita paucis et grauib; verbis alienā famā & fortu  
nā apriā respexit dū simul et egregiū virū excusa  
uit et velut aliud agēs ne quis nouandar rerum  
studio teneretur admonuit.

De quibusdā verbis sapiē que aliquādo dicitur  
a stultis quibus notabilia.

**E** Adūt et insanis interdū verba que si cuius  
sint nescias sapientū putes. Qualia sūt illa domi  
tiani principis es vt memineri facit gentior fēq;  
Miserrimā eē cōdicionē principū dicebat quib;  
de cōiuratione aperta nō creditur nisi occasis. Ad q;  
vere diceret norunt certius experti q; i emnētū for  
tune gradu potū quotiēs insidiatores suos quibus  
iuste puniūt / totiēs ex libidiē senēdi finxisse cās  
et q; nocere potuerunt etiā voluisse cōsentur. eius  
dē ē illud Nil graciū decore nil breuius. Quis quo  
q; dicit veritatē quisq; adolescentie sue florē cor  
porēq; forme dulcedinē velut in icu trepidatiō  
culi dū pteruolat mulcētē fit et fallentē reperit q;  
q; et fugacissīē vite lapsū metit / itelliget q; et il  
lud sapienter / princeps qui delatores nō castigat

o—sb. cor. 41



<sup>Alia</sup> <sup>Hospitalites</sup> <sup>artificia</sup> <sup>sen</sup> <sup>differend</sup>  
 Te ad audientes dignū verbum quod semper in aīo hercat  
 regnantum/ dum et in actū transferant/ nec a do  
 miniano prodisse meminerint Ne forte dictis ille  
 cititerū imitatores eē condiscant.

De sapienti verbo imperatoris vespasiani dicto  
 quidā mechanico Romano ad cōmodū plebis

**E** Abausto exario multū inopi republica sub  
 imperatore vespasiano mechanicus quidam in  
 gentes in capitolio columna modico ex deductu  
 rum se promissit / et ostendit modū / placuit inuen  
 tum principi Opimum igitur precium tribuens  
 artificia opera eius vti non voluit . Et habe inqt  
 hoc tibi Ceterum sine me pascere plebiculā esuri  
 entē . q̄ sapienter et q̄ lepide puidit ne aut inge  
 niū primo careret aut cederet necessitas volupta  
 ti quo nihil potest eē dementius .

De sapientia Titi imperatoris circa cognitio  
 nem gr̄ dei in captione ciuitatis Iherusalem.

**T**itus filius tanto patre dignissimus Titus ihe  
 rosolimā victor ingrediens et muroz cōpagi  
 nem turresqz et pugnacula vr̄bis admirans ve  
 re inquit deo iuuante pugnauius . Deus ipse ab  
 his membris hostes nostros depulit . Quid enim  
 aduersus hec manus mortalium valuisset / Sapi  
 entis animi et fragilitatis humane sibi conscy ē  
 sicut nihil sibi fidere sed omnem rerum suarum spē  
 in deo ponere / sic secundis successibus nihil attolli  
 sed vniuersē felicitatis gloriam auctori deo reddē  
 Ad quez enim spes honeste diriguntur ab eodem

legi redeunt euentus.

De sapienti lege lata a populo in Senatu romano super exceptione mansisse regis et regis sui ab eorum imperio.

**A** Cesaribus ad senatū transeo Quis n. proximo gradus est Cuius sapientiā si quot locis appareat enumerare velim multum mihi arduum fore. Ceterum quod numerū excedit tacita estimatione colligitur considerantibus Imperiū Romanū a quō humili principio ad quantū claritate et glorie non minus Centūvirali consilio / quā bellicis artibus enaserit De qua re pressius cogitatem stupor opprimit et quā multa sapienter apud ordinē pūsa sunt ut me nescire fateor sic memorabilia ex ipsis rerū effectibus arbitrari profiteor. Pauca sane quā nominatim a scriptoribus referantur anotabimus ne fastidiose videatur notissima premiti In primis erga mansissam / hoc consilio cepit Erat is rex amissimus populo romano et a quo sibi pro meritis oīa magnifica deberentur. Sic amplificandi regni cupiditate flagrabat inuisum tamē senatus nil penitus ausurus Erat in circuitu tam sibi quā Imperio infeste nationes Mauri namque et nūquā sponte quietura Barbaries / a nunciis votis succursum et inimicorum odijs occursum est / lege lata qua mansisse plena et ab omni iugo romanorum excepta libertas data est. Ita et sibi aggrediendi quod optabat honorificentissime patefactus aditus et illis sine

iusta materia querelaz finitimo bello implicitis  
in Italia respiciendi aut turbidos effundendi p  
clusa via e. si ad amicu respiciamus beniuole si ad  
hoste caute si ad utrunqz sapienter.

De alijs duobus casibus in quibus idē senat9  
sapienter puidit reipublice.

**I** De erga illud nobile par ducū pstitit **C. nero**  
**nem** et **L. Salmatorē** cōsules: claritate rex  
pne pax / sed volūtatibus longe discordes i Bel  
lum atrocissimū missurus ac oia puidit **Salma**  
**torē** pertinacius obliuante vt ab odio ac reipub  
lice simultate discederet Itaqz factū ē vt alioqui  
inter se diurnis q̄ cum hostibus congressuri / ani  
mis ac viribus vnicis fortissimā felicissimamqz  
victoriam fuso **Cartbaginensū** exercitu obtran  
cato formidabili duce retulerit. Per idē tps i eis  
dē duabus illud sapiēter statuit / vt ab iptione  
acri et iportuna **Rebñ** tribuni plebis eos ob exa  
te censure supuacuum rigore inextinguē ad iu  
diciū euocatis liberi et imunes eēt iniquā rē ar  
bitratus turbatis ordinibus maiores magistra  
ty a minorib9 molestari Ad hoc cōmodius ē visi  
duces domesticis sollicitudinibus relaxatos pfi  
cisti oēs in bellū curas studiūqz versuros. Illud  
eiusdē ordinis memorabile cōsiliū **T. Gracch9**  
**Tribunus** plebis homo sediciosissimus legē agra  
riā multoz maloz cām et latori suo similitā pro  
tulerat tanto populi assensu / vt tolli lex sine vr  
bis et imperij concussione non posset / Prouidit in  
h iiii

extremis casibus senatus: et ipsum quidem tribu-  
num sic meritum capitali supplicio affectu agens se-  
cundum legem pro virilibus portionibus inter duces  
distribui passus est. Sic auctore extincto lege serua-  
ta cum tumultus extinxit diuersisq; modis civili  
discordie et in presens et in posterum occurrit.

De sapientia Catonis in generali et de qua  
tuor suis dicitur sapientibus in speciali.

**A**mplissimi ordinis commemoratione quo  
potius dicitur quam ad M. portium Catonem  
Is enim apud Romanos precipuum nomen obtinuit  
sapientis de quo est illud ingens lelium precontum a  
pud Ciceronem. Aut enim nemo inquit sapiens fu-  
it (quod quidem magis credo) aut si quisquam  
sapiens ille fuit sapiens. Nec minus lelio aut Ci-  
ceroni imo magis incomparabiliter credendum quam  
pollini quam Socrati unum ex cunctis mortalibus sapi-  
entissimum indicauit. Itaque apud eundem Ciceronem  
statim sequitur Cauendum ne ipsum ab apolline lau-  
datum Catoni anteponamus. Et addit ratio va-  
lidissima Quomodo Catonis facta illis dicta et iuen-  
ta laudatur. Nos tamen hoc loco non facta sed dicta  
Catonis eaque non omnia sed unum ex mille refere-  
mus seruatis non sententiarum sed verborum etiam. Quod  
vel eorum breuitas vel loquentis auctoritas meret.  
In ordo de preda militibus diuidenda ubi aduer-  
sus predones reipublice grauitate inuehitur. Vbi  
sunt hec Furcs puatorum furcorum in neruo atque in  
predibus agunt etiam furcs publica in auro atque in

purpura **D**eus bone q̄ id vix sancteqz m̄hi die  
 tū videtur q̄ id cupide nūc aptius latinusqz differ  
 rēns nisi furcs publicos foandare. Neqz ludus ē  
 insultare sceleribus illoz quibus volūtas p̄ssia  
 sic et potestas maxima et flagicioz omnū impu  
 nitas in penā humani generis data est. Eiusdem  
 ex oratione de edilibus vicio creati et hęc verba pla  
 cuerunt. Nunc inquit ita agunt in segetibus i her  
 bis bona frumenta eē. Nolite ibi nimā spē habe  
 re: sepe audiui inter os atqz offaz multa interue  
 nire posse. Quid igitur inter offam et herbam vbi  
 longum intervallum est. Hęc quidem q̄ sapienter  
 dixerit cogitent qui spes suas cum cum maxime  
 propinque atqz infallibiles videbantur sepe repē  
 timis casibus caducas et inermes experti sunt.

**T**ertū his adhiā **C**athonis dictū ex orōe quas  
 Nimā tu apud equites habitam scirpis edidit  
 scriptam. Cogitate inquit cum animis v̄rosi qd  
 vos per labore recte feceritis / labor ille cito a vo  
 bis recedet. Benefactum a vobis dū v̄viti nō abs  
 cedit. Si qua p̄ voluptatē nequit feceritis volup  
 tas cito abibit. nequit factum illud apud vos se  
 pe manebit. Hęc ille. Ego aut̄ hoc dictū mecum se  
 pe cogitans ita semper habui velut dei potius q̄  
 hominis ore placū sit. Nec ad laboriose virtutis  
 studiū et meritū odiū voluptatis quicq̄ vel sapie  
 tius arbitror vel efficacius dici posse. Nec quartū  
 pretermissam apud Cicronem a lelio relatum.  
 Mulco melius de quibusdā meretur inquit **T**ato

q̄ adulatorēs

acerbi amici dulces estimantur Illi ei sepe verus  
dicunt hi nūq̄ Sine dubio quidem hostilis mo-  
dicitas multis sepe correctionis occasio fuit at cō-  
tra amicorū Blandiciem multis lapsus turpissimi  
materiam praeberunt Et huius quidem dicta se-  
quentis vero silentium laudatur.

De sapienti silentio licinij fimbrie.

**L**icinius quidam romanus eques sese bonus  
virum ferens negante altero sponsonē cum illo  
fecerat quod vir bonus est Quis rei iudiciū li-  
cino fimbrie claro ac sapienti viro creditū erat ad  
quem cum partes venissent sententiāq; flagita-  
rent diffinire recusavit: utriūq; prospiciens ne-  
scis aut virum bonum negando p̄nunciatione sua  
famā illi qua pollebat eriperet aut affirmando p̄-  
tereret. Non ignarus meritum viri boni nomen  
multis et magnis virtutibus constare. Quare ali-  
quāto facilis fama q̄ effectus queritur.

De sapientia marci agrippe in tenendo cōcor-  
diam Et de exhortatione Tullij fratri suo ut  
imicaretur sapientem virum Et de quibus ve-  
bis sapientie agit p̄ncipaliter in isto libro.

**M**arcū agrippam qui sapientia et virtute a-  
dmirā dignus ē habitus quē dñs Augustus  
optimus rerū estimator plebeum hōiem nullis  
maiorū statuis aut titulis clarior tot generosis prin-  
cipum patriciorū familijs preferret et ex cunctis  
mortalib; vnicē carissimeq; filie virū deligeret  
dicere solitū accepit plurimū se teneri illi salustii

ane sm̄ que apud eū in orōe masuisse moriente  
 inferitur his verbis Concordia parue crecescūt  
 discordia maxime dilabuntur Per hanc enī se di  
 diaſse et fr̄m et amīcū bonum ac fidelem agere.  
 Quod idcirco inter memoranda retulimus quia  
 bene instituti et ad felicitatem puenturi animi  
 mos est salutaris h̄mōi voces in vsum vite trāſ  
 ducere Alloquū multa legiſſe vel ſcripſiſſe ige  
 nū aut diligentie aut fortassis eloquū signū erit  
 illud vero sapientie Sic si phōz quoz et oratio et  
 vita sapientie exemplar eē debet ita conquiram  
 quid oberit quominus integros nostrorū p̄cipue  
 Ciceronis ac Senecę libros sapientissimos ſentē  
 tię refertos huic opi inseram Sed nō hoc mihi p  
 positum nec necesse est Eorum potius quorum a  
 pud nos libri nō extant singulas et raras spersas  
 qz ſūtiās colligere Noſtrorū quoqz aliunde potius  
 q̄ ex eorum diſciplinis attingere fert animus. et  
 vt a principē noſtrorū incipiam M. Tullius Cice  
 ro fratē habebat Q. ciceronē nō ſatis ſpectati no  
 minis in admīſtratione p̄conſulatus Sic Eodē  
 tpe Octavianus ille quiceſarē Augustū genuit. pui  
 tiā macedoniā ſūma vel erga ſocios fide / et aduer  
 ſus hoſtes fortitudine p̄tor obtinebat Itaqz Tul  
 lius fr̄m p̄ epistolā hortatus ē vt i gubernāda p  
 uiciā viānū ſuū octaviū studeret imitari Que qdē  
 exhortatio prima fr̄te ſimplex ac facilis si exar  
 tiās sapientie plena ē In oī enim operatione nr̄a  
 ſiue i virtutis ac modēſtie ſiue pacis ſiue armorū  
 ſiue

litterarum aut eloquentie actus fit / expeditissime  
plerumq; nos imitatio perducit: quo vel nun q̄ vel  
serius ingeniu perduxisset. Quin sicut vultus ad  
speculum sic mores hoiz ad exemplar facillime cor-  
riguntur. Sicut preterea certius illum callem am-  
bulamus qui alioru vestigis signatus est / sic in vi-  
ta alienis exemplis promptius imitemur q̄ no-  
uam ipsi viam nullo duce suscipimus. Et hoc totu  
est imitationis illius / qua fr̄i suadebat sapiens fr̄.

De sapienti consilio Quinti Tiberonis dato Tul-  
lio fr̄i suo quod si seruasset necatus no fuisset.

**U**erū vt appareat quēq; facilis alijs consu-  
lexit q̄ sibi. Idē ille Quintus Tiberio M. Ci-  
ceroni fr̄i consilius dedit quod si seruasset potuisset  
forsan in lectulo suo mori / potuisset ite greo cadere  
re sepeliri. Consiliū fuit vt libris equaliū suorum  
vicorum illustrium miserandis ca sibus piculit q̄  
suis circumspicatis sese a contentione / & nihil  
p̄ futuris reipublice sibi at nouissime nocituris  
dimitationibus abstineret. Prouidentissime q̄dem  
Quid enim stultius q̄ desperantem preteritam de-  
fectu litib; perpetuis implicari. Itaq; tullius ip-  
se huius fraterni consilij quoda loco meminit vix  
q̄ et sapiens fatetur / at q̄ id sapienter observa-  
uerit notum ē. Sed fatalis eum forte necessitas  
urgebat. Cui obsistere nescio an impossibile s̄ p̄  
fecto difficilimum. Et hic mihi qui sequitur i me-  
moriam redit.

Qualiter seneca sapienti consilio vsq; ut mori

hoc catho.  
abhorret aures

vitare cessit bonis: quā tamē vitare nō potuit

**H**inc seneca de exilio quod in insula Cor  
sice dulci ocio summas cū tranquillitate ac  
studioz libertate trāsegerat reuersus quē redi  
tū in quadā tragedia grauitex ac magnifice deplo  
rat ne vixit impietate crescētem indies singulos  
et circūfusam aulicorum inuidiā perhorrescens se  
pe cōmeatum petiit ac veritus ne diuitiarū suarū  
velut vndis quibusdam teneretur bonis suis oī  
bus cessit **S**apienti nempe cōsilio. **N**ā et prudentis  
nautæ ē thesauros in tempestate ut vel nudus e  
naret et ab hoste mortē metuentis equiniter mē  
brum quo vincitur amittere vt vel trūcus effu  
giat. **N**emo itaqz **S**enecā arguat quasi volēs illi  
officiū scelēz adhaerit. **O**mnia temptauit vt p  
sumum discrimen euaderet sed inuicta necessitas  
huic quoqz presertim in limē nec abscedere passa  
ē donec inhumans et pius princeps q̄ ei crebro  
incauerat moriturū se potius q̄ illi nociturū extre  
mā preceptoris sui senectutē nō quidē imatura s̄  
impia et indigna morte preuenteret.

De sapienti cōsilio varronis in expendendo p  
aliquo bono saltem. xij. partez typis eius quod  
quis expendit in suo contrario.

**E**d vbi varronē inquit is quidem ait.  
**S**i quātū ope sumpsiſti ut tuus pistoz bo  
num faceret panem eius duodecimam phē dedis  
ses ipse bonus iam pridem esses factus. **D**e pane  
loquit q̄ is abus quotidianus ē homini. **I**de fere

de rebus omnibus dici potest. Si eius curæ quâ in  
diuitiis posuisti partem duodecimâ in bonis arti-  
bus posuisses iam pridem veris diuitiis abundares.  
Si eius typis quod amice obsequens perdidisti duo  
decimâ partem obsequiis dei dedicasses iam pridem  
amiciſſimus illi foreſ. Si eius opere quâ circa bo-  
nam valitudinē ac formam corporis cōſumpſiſſes  
duodecimâ partem circa cultum animi cōſumpſiſ-  
ſes iam pridem tibi et pulchritudo et ſanctas cont-  
giſſet quas nec morbus nec ferrum eriperet. Nunc  
igitur quātus furor mortalium. Qui pretioſiſſima  
negligentes in rebus viliffimis ac fugaciſſimis  
occupantur.

De ſapiētia doctrina fauorū et aliorū plurius  
ſapientum contra dictum diuinatorum et eorū  
falſa vaticinia.

**F**auorū philoſophi ingenio agili atq; elo-  
quētia iocunda dictā vnū quod in vita hoīs  
frequens et quotidianū ē. Solebat fauorūſus di-  
cere prius de fama noſtra mereri ſētos ac ſteriles  
laudatores q̄ acerrimos detractores. Hō fore rōes  
q̄ detractores quātō id ardētius agerēt tāto ma-  
iori odio accēſos appareret tātoq; nūq; fidei apud  
aios reprēhēt audiētū. At exiliſ laudātes amia-  
de ſpēm p̄ferēt q̄ niſi diligerēt nō laudāret ceterū  
nihil ā modicū l nobis laude dignū inuentū cre-  
deretur. Idem diuinos et futurorū noticiā p̄mittē-  
tes copioſiſſe reſellebat. Nullā eis habendā oīo  
fidem docēs. Et ſi enī aliqua interdū oſcitantēs

vera iactaret / casu id nō ratione contingere vti e  
 os lubricis et fallacibus cōiecturis ac velut per te  
 nebras suspensio gradu percentiqz manu palpitā  
 tes / nōnunq̄ in ipsam veritatē ignoratē incurre  
 re neq̄q̄ per eadē vestigia si inbeas reuerfuros ut  
 qbus nihil cōp̄xi foxt et nulla arte ducerentur  
 Sēpe p̄teritarū auditu rerū abuti in cōsulentā  
 vanitate et credulitate dementiā multaqz de circū  
 stātibz p̄mittendo ad ipsa q̄ silētur quadā ver  
 suta ratiōnatione penetrare Idēqz sēpius vide  
 ri p̄teritorū q̄ futurorū vates. S; ob h̄ ipm a  
 pud aios noscēdi desiderio flagrantē securi tē  
 poris fidem p̄mereri Ita tñ vel fortuite et callide  
 p̄ticipātes cōseq̄ nō posse vt cū oīa mētiātur res  
 p̄sonoz p̄missima vera sit. Stultū ergo dicebat  
 fauorinus inter tot mendacia tā variā tamqz an  
 tipitē veritatē aucupari Addebat his esse optimū  
 nihil de futuris inquirere Et caldeos totumqz id  
 genus hominū cōtemnere Nihil enī ab his audire  
 posse nisi graue et molestum Quoniā aut vera res  
 p̄p̄ndebunt aiebat (quod rarissime solent) et q̄dem  
 mala / a falsa Si falsa miseriā ac tps affēret et su  
 puacūā sollicitudinē posita illic veritate adest ne  
 cessitas Ita p̄lasse nihil nisi dolorē afferret. Li  
 ber h̄ loco subsistere et quod cōis rez natura non  
 patitur temptare / an minori maior sine offensio  
 ne possit iterferi h̄ ē fauorino. **M.** Tullioes h̄c  
 sūt vt omittamus supiores **M.** Crasso putas v  
 tile fuisse tum cum maxime opibus fortunisqz

florebat scire sibi interfecto filio publico exercitu  
q3 deleto trans eufrate cū ignominia & dedecore ee  
peundum. An tu pompeiu censes tribus suis cōsu  
latibus tribus triūphis maximaz rerum gloria  
letaturū fuisse si sciret se in solitudine Egiptioꝝ  
trucidandū iri amisso exercitu. Post mortem vero  
ea cōsecutura que sine lacrimis nō possumus vi  
cere. Quid vero cesarem putamus si diuissset  
in eo senatu quē ex maiori parte ipse cooptasset  
in curia pompeiana: ante ipsius pompeii simula  
crum tot centurionibus spectantibus et nobilissi  
mis ciuibus / partim etiam a se omnibus rebue or  
natis / trucidatus ita iaceret vt ad eius corpue nō  
mō amicorum / sed ne seruorum quidem quisq3 acci  
deret / quo cruciatu eum vitam atturum fuisse / cer  
te ignorantia futurorum malorū vtilior ē q̄ scie  
tia. Et idcirco possem ego et antiquos et fortuna  
tissimos etatis nostre viros in huius sententie te  
stimoniū vocare / sed nec necē ē nec locus hic lon  
giorē digressionem recipit et attigisse videtur ille  
clarissima Simaūt bona p̄nunciant duplex inō  
modicæ expectationis tedium / et precogniti gau  
dij extenuatio quod repentinum cumulatiue ac  
gratius obuenisset. Aut falsa dicent quod quotidi  
anum apud eos est. Et si erunt infelicia / angori  
bus falso q3 metu / si felicia inani spe et gaudio /  
tristitia q3 te vbi delusū senties torqueberis. In  
dne igitur euentū hos nugratores sicophācas cō  
tēndos fore. Ad hāc fere simām vt p̄teream dica

arcum qui expedit nobis omnino futura nescit  
 magno volumine conclusit breue et ut ita dixerit  
 manuale fauorū cōsiliū extat. Meo quidē iudi-  
 cio salutarē ac sumope seruandū Et cuius ipse  
 mihi cōsiliū sit consensu me semper obseruatū  
 ante etiā q̄ vel fauorū vel dicearū nomen audi-  
 uissem Memneras quippe poetia illius / quid cra-  
 stina voluerit hora scire nephas homi. Sed mul-  
 to maxime natura ipsa me in hanc sententiā duce-  
 bat. His ipsis rōnum vinculis que post philosophi-  
 ca eē didici Accedūt et antiquorū testimonia mul-  
 ta Equibus duo in noctibus atticis scripta sunt  
 poetarū in illa prima etate preillustrium patris  
 pacuuius enī ait Nā si que ventura sūt prouident  
 equipentur Tunc rursum quod i illis noctibus nō  
 habetur pacuuius idem ait Istis qui linguam a-  
 nimum intelligunt plusqz ex alieno iecore sapiunt  
 q̄ ex suo magis audiendum q̄ auscultandum cen-  
 seo Atius vero nihil inquit credo auguribus qui  
 aures verbis ditant alienas. Tertium his Enni-  
 um addiderim qui vetusta illa et venerabili facun-  
 dia hos ipsos eleganter irridet vt verbis etiam e-  
 ius vtar qui sui questus causa fictas suscitant sen-  
 tentias Non enim sunt hi aut scientia aut arte di-  
 uini sed superstitiosi vates impudentesqz arioli i  
 heres aut nisan / aut quibus egestas impreat q̄  
 sententiam sibi non sapiunt alijs monstrant viam /  
 quibus diuitias pollicentur / ab his dragmam  
 ipsi petant. De his diuitijs sibi adducant dragmā





quorundā proprietate animo simul et fronte pmo  
 tue Nulla inquit prosus bone salutis spes reliq  
 etiā vos p hōz illustrissim nihil iā aliud q̄ vba  
 auctoritatesqz verborz cordi habetis Pauca pre  
 terea turbata voce in hāc smām questz ita cōclu  
 sit. Utinā muti oēs hōiēs eēmus / minus improbi  
 tas instrumentū haberet. Quid nūc dicere domiti  
 quādo phia posthabita et neglecta garrulitatē p  
 virtute sectantes oēs se certatim ad dyalecticam  
 transfulerunt nec pudet in puerilibus senescere  
 sapientie studium p̄fessos.

Sapientia secundum affranium est filia me  
 morie et efficacius habetur ex rerum experien  
 tia q̄ ex libris.

**D**etur et poetis locus Affranij circa hanc ip  
 sam de qua iamdiu loquimur sapientiam ce  
 lebris ac vulgata smā est vsus eam ac memorie  
 filiam opmantis Quo intelligi vult sapientiam  
 non in libris tantū ac discipline moralibus confi  
 stere sed in experientia rerz omnium magistra ac  
 cedente fideli eorum que quis viderit memoria. Sic  
 sibi enī et alijs certius quēqz cōsulere argumēto  
 rē in quibus sepe periclitatus sit q̄ verborz in q̄  
 bus alienis ingennis lusum ē. Alius quidē i alos  
 descendere semel visa q̄ septies audita cōpertum  
 ē. Ipsius affranij verba extogata cui cecellie est  
 nomē in arabicarz noctium libris posita huc trās  
 ferre propter eoz vetustam elegantiam videtur  
 Sūt at huiusmodi vsus me genuit mater ppit

— sapientia laqueus  
 seu sapia



memoria Sophiā me vocāt graū <sup>nos lam</sup> vos sapientiā  
De his qui habent sapientiā more et in verbis  
et non in factis.

**N**ec pacinūā excludā cuius dictū vnā scēi  
hi debere p forib9 tēploꝝ oīm in eisdem li  
bris scriptū ē Ego iquit odi homines quoz  
ignaua op̄ra et p̄bia sūma. Nihil indignū neq̄  
intolerabilis fieri potest q̄ q̄ homines ignaui ac  
desides op̄erti barba et pallio moris et emollitētia  
philosophie in lingue verborūq̄ artes cōuertāt  
et vicia secundissime accūsant ipsi vicijs macen  
tes.

De quadā poetica fictione Aristophanis per  
quā status humane vite monstratur illusio ex  
falsis et breuib9 gaudijs suis.

**I**nter exēpla sapientie cernens Aristopha  
nem tempore mihi nequeo quo nūq̄ vnū q̄  
q̄ de tā multis nostri poete figmentis & illustrib9  
dictis ānumerē In illa etenī horrenda nocte troj  
am excidij per quā nō inepte quidez intelligitur  
humane vite status falsis quidē ac breuib9 gau  
dijs illusus et velut somno felix mox vt exp̄p̄ḡis  
ti cepris / tenebris atq̄ horrore obfitus int̄ inu  
merabiles miserias ac laboris et picula vrgē cū  
lacrimis ad ieluctabilē iteritū. In illa inq̄ nocte  
eneā ipsū suū per hostes ac flāmas errantē fecit  
Sed donec lateri genitrix venus affixa ē caligan  
tib9 oculis securū Ac vbi primū illa digreditur  
purgatis luminibus viri foatis iratas facies

deorum apparuisse subiungit Quia in re morte poe  
tico magne sapientie recondit archanum Quin &  
experimento comperit et magnorum hominū auc  
toritate testatum est ab aspectu diuinitatis nihil  
magis abstrahere q̄ vsus vneris / quo amoto &  
simul visus discussa caligine incipit quidez deus  
apparere sed iratus Ita tamen vt euadendi non  
abripiat facultatem.

De sapientia voluptatis que potius denicia ē  
optata hostibus populi romani.

**U**T autē retrogrado ferax stilo fabricius ad  
pprehū legatus a senatu dū morā trahit a  
pud regē audiuit a Cēnea qui versa vice a rege  
legatus ad senatū venit Athenis eē quēdam qui  
sapiens haberetur / disputare solitū ac diffinire  
omnia que agimus in vita ad voluptatē referri  
illā finez esse ac premiū actionū laborūqz omniū  
Eo autē audito vir temperatissimus obstupuit.  
Quod cū domi naricaret Titū corrupcandū & M. ci  
riū sic optasse ferunt dent dñ talem sapientiam  
hostibus populi romani Sapientis sui ludo dictā  
illis iprecati Profesto enī qui voluptati rerum su  
arū terminū cōstituit nihil gloriosi aut magnifi  
cōpis illa sp̄ aīm retorquente suscipiet.

De sapienti optatu cuiusdā hostie romani im  
perij vt domo corumpi posset quo citius perire  
posset ipsum imperium.

**H**ic vt parumper in Italia subsistans nō  
13

ab similes **C** pontij Sannitum imperatoris preces  
vicinam inquit ad id tempus me fata reseruassent  
quo romani dona accipere cepissent. **N**o essem pas-  
sus eos diutius regnare. **S**apienter id quidem ho-  
stis optabat videbat enim imperium domus corruptibili-  
le diuturnum esse non posse.

De sapienti demonstratione periculosi status  
Tyrannici facta a dionysio Siracusano Ty-  
ranno damoni.

**D**ionysius maior qui Siracusae Siciliae nobilissi-  
mam quondam ac florentissimam civitatem  
gravi seruitute calcavit tam delicias quam feritatem no-  
tissimus cunctis varie blandientibus solus de se-  
xerum testimonium dedit. **T**um enim damones quidam  
fortunarum eius precipuus mirator statum illius ce-  
lotenus attollens eum omnium mortalium longe feli-  
cissimum predicaret. **V**is ne inquit igitur felicitatis  
mee periculum degustare. **P**rimo vero inquit ille nihil  
magis opto. **T**um dionysius imperavit damones  
in convivium produci et in loco ornatissimo discumbere  
ostro et sindone circumamictum parietes serico flo-  
ribus solum omne sub stratum electissimarum dapi-  
um ingens copia et suavis. **B**acchi discolorum varie-  
tas in gemis translucentibus et in vasis aureis  
artificio vincente materiam alternatim apponebatur  
convivere attonito et gaudenti. **A**derant omnes gene-  
ris odores et gule irritamenta. **E**xtremo pulcherrime  
transmissa ministrabant tenebrissime etatis et formosa  
rioris adolescentuli multum edentis observantes attentius

et alacrius obsequētes Coronatus damones pur  
 puerū lectū molli p̄mebat accubitu Iā felix iā si  
 bi sapiens videbatur et tyrannice felicitatis rex  
 sibi iudiciū arrogabat Hec iter ex laqueari i au  
 tata trabe supra caput discubentis corniscus mu  
 cro demittitur equine caudæ setula tremēte suspē  
 sus iā casurus et similis iā cadētī Ille aut subito  
 horrore percussus expalluit Hecce tibus faucibus  
 nō apparatus nō ministros nō epulas circūspecta  
 re Deniqz nūq̄ oculos ab acie ferri minantis a  
 uertere Prauit tandē vt abire p̄mitteretur nol  
 le se diutius eē felicem Atq̄ inquit d̄ponisustalis  
 die noctuqz vita mea est qualē tu momento tem  
 poris propulisti Hec ē illa felicitas quā inexper  
 tus tantopere mirabaris Sic castigatū homines  
 dimisit Hactenus huc a multis rerū scriptoribus  
 tradita suis alienis nostro sermone retulimus h  
 addentes historie neq̄qm̄ potuisse tale aliquid ni  
 si ab hominē acuto et propriū atqz omnīū tyrāno  
 tū statū altius intelligente cōfingi Et acū quidē  
 magne sapiētie nullus negauerit Quod idcirco  
 minus miror quia hūc ip̄m d̄ponisū fuisse acutum  
 et in victis triumphatē atqz in gerendis rebus in  
 dufirium testis est Cicero taz scelesti tā puer siqz  
 ap̄positi tantisqz ciuū suoz circūuentum odīs ap  
 ter ex acti temporis flagitia vt et si vicam Tyrā  
 meam dediscere vellez (O misera peccantū cōditio)  
 sine capitis sui periculo non liceat Sic iā seruato  
 regionū situ sicut ex Italia i Sicilia sic e Sicilia

in Africam nauigemus.

De sapienti dicto iugurte contra corruptam u  
nalitatem Senatorum urbis.

**H**ic quoniam sensum ad extrema delapsi sumus quod  
velut longinquo potius cernebat non multo  
post tunc gentis alter hostis ante oculos habebat  
tam cito romani mores euersi sunt simul cum victo  
ris regum ac gentium irumpente urbem auari  
cia de Iugurta loquor numidarum rege. Qui cor  
rupta muneribus senatus parte atque auro victis  
belli duabus sepe votorum iniquissimorum compos  
cum tandem pecunie et artibus suis fides romani  
sub fide publica venisset / atque inde preter spem re  
reundia vincente cupidinez iussus secederet por  
tas urbis egressus crebroque tacitus subsistens  
in tergum versus in fine traditur dixisse Quod ve  
bem venalem et mature perituram si emptorem in  
uenerit Quod verbum quous ab hoste prolatum di  
ctu mirum est late vulgatum sit ad infamiam roma  
norum Ceterum ex eodem sapientie fonte prodie  
runt et superioris votum et homini exprobratio.

Aliud dictum ad propositum precedentis philippi regis  
macedonum in epistola ad Alexandrum.

**I**am vero qui cum Iugurta inter caetera regum  
venimus philippus occurrit macedonie Co  
ad Alexandrum filium subiectorum benignitatem mu  
neribus aucupantem extat epistola huius sume: quod  
tibi error suggerit fili eos te fideles habuerunt quos pe  
cunia paraueris amicos Sapienter ac rege pecunie

siquē mercenariorū atq; seruoꝝ opa/amore atq;  
humanitate igenuoꝝ amor et fides queritur.

Qualit̄ olipias m̄t̄ Alexandri sapiēt̄ castigauit  
filiū dulc̄ admonitione q̄ se dicebat filiū iouis.

**N**ig lateri cōiunx̄ h̄reat olipias q̄ ab alex  
andro filio litteris receptis in q̄b; se Iouis  
Amonis et olipiadis regine filiū iscribebat rescri  
psit vncosa nati castigās isolentiā hic v̄bis. At  
nō iqt̄ fili m̄ q̄ escas/ne deferas me neq; crimine  
ris aduerso Junonē Malū m̄hi proas illa dabit  
magnū cū me litteris tuis pelicē eē illi cōfiteris  
laudata mulieris sapiēt̄ia adulatorū flatib; fal  
sis opinionib; inbutū filiū/nō aspice ne notā tero  
tiā iritaret sed lepide ac salubrit̄ admonēt̄ie.

De sapienti correptione Alexandri sumptius  
a vanitate ex occōne cuiusdā mulieris.

**S**ic et ipse filis̄ resipiscens aliqñ sapiēt̄us  
loquitur Dum enī Indiā bello p̄mitt̄ et  
muros ciuitatis quā absidione cinxerat incautis  
obequitat sagitta crus traiectus nō dimisit inc̄p  
tum/sed in temp̄suo dolorem laboris auxit verū  
postq̄ refrigerans sanguis et subarescens vulnꝝ  
patientiam vicerunt exclamauit. Omnes me fi  
liū iouis dicunt/sed dolor hic hominē me eē tes  
tatur Cōsciēt̄ia ap̄riā excutere et illi potius q̄  
blādiētū sermūculis fidē dare ac stulticiā dedisce  
re vel sero p̄rimꝝ ad sapiēt̄iā gradꝝ.

De sapienti doctrina regis c̄ri de p̄p̄tuitate aīe  
et immortalitate mentis humane.

**N**ec extorquebit aut breuitatis studiū a vul-  
gate rei vitandū repetitōe fastidiū vt sermo  
nē Cypri maioris inuictis a tullio ex zenophōte  
translatū p̄termittā Sic ei filiosalloquitur No-  
lite arbitrari o mi filij carissimi me cū a vobis dis-  
cessero nusq̄ aut nullū fore neqz enī dū eram vo-  
bis cum animū meū videbatis sed eū esse i hoc cor-  
porē ex his rebus quas gerebam intelligebatis.  
Eundem igitur eē credidote et si nullum videbatis.  
Nec vero clarorū viroꝝ post mortē honores per-  
manerēt si nihil eorū ipsoꝝ animi efficerēt quo diu-  
tius memoriā sui teneremus Nihil quidē nūq̄ p̄-  
suaderi potuit animos dū in mortalibus eēnt cor-  
poribus p̄uere cū exissent ex his emori. Nec vo-  
tunc animū esse incipientem cum ex insipienti cor-  
porē euassisset Sed cum admixtione corporis libe-  
ratus purus et integer esse cepisset tunc esse sa-  
pientem Nec ad contextum de regis verbis elicit  
Opinio quidē i mortalitatis anime non soluz vt  
vera sed vt studio quoqz virtutis amāssimā pie-  
ac tenaciter amplectanda est Hac enī sublata o-  
nis profecto mortalium ardor refrigesset quo ad  
honestā succedamus. Quis enī dempta spe p̄mū  
mortis tot humane vite pericula tantosqz labo-  
res perferet Quis se a voluptatibus arcebit a im-  
pētus animi frenare volet Qua ira aut libidovo-  
cauerit sequetur quisqz Ita totus hic pulcherrī-  
mus atqz optimus rōis ordo turbabitur iterqz  
marcidū oculū et effrenatam rabiem sine salutē

re spectu fluctuabit humanū gens Duo igitur in  
 rege miror Et quod dogma tam rex tamq̄ salu  
 ti ferū ceterum in illa etate vix dum principibus  
 cognitum philosophis tam cōstanter affirmer. et  
 quod in ipsa morte faciat Neutrū enim sine mag  
 na quadam sapientia et singulari contigisse arbi  
 troz.

De sapienti dicto thymistoclis potius velle da  
 re filiam viro sine pecunia q̄ pecunie sine viro

**D**escriptis regibus thymistocles atheniē  
 accedat nō ipse quidē Rex sed nec perfidis  
 ā gracie regū inferior. Sic interrogāti amicos an ho  
 nesto mopi / an diuiti sed infamivnicā filiam i ma  
 trimoniū daret / virum sine pecunia q̄ pecuniā sine  
 viro se malle respondit virtutem in homine spe  
 randam potius q̄ fortunam.

De sapienti consilio damocletis dato atheniē  
 sibus vt complacerent Alexandro

**A**theniensibus quondā diuinos honores ne  
 gātibus Alexandro Videte ait damocledes ne  
 dū celum custoditis terram amittatis Nō minus  
 sapienter dictū q̄ festiue Qui enī potentia minora  
 negat maiora pmittit Et immodicus libertatis v  
 sue seruitutis occasio est. Et hi quidē dicto / at  
 vicinis eoz facto sapiens inuentus est.

De sapienti abrogatione legum et restitutōe  
 e arundem facta per Agesilaum ut extraordina  
 riam iusticiam exerceret.

**H**esilas lacedemonius deprehensa cōiuratiōe  
sceleratū civiū aduersus salutem publicā  
tam eos nec raptim aut citra iuris ordines eōdem  
nare posset: nec de indemnatis secundum ligurgiū  
leges sumi supplicium liceret / et periculosam animi  
aduersionis moram eē constaret Inter has diffi-  
cultates dubius hoc tandem cōsiliū cepit Legibus  
abrogatis cōiuratos morte multauit / confestim  
restituit leges Ita nec contra eas nec cōtra rem  
publicā factum est et huiusmodi abrogatio cōfir-  
matio iuris fuit Sed iā satis iter duces hysig. de  
inceps sapiē ac phōx qui in grecia floruerūt ex in-  
numeris pauca memorie p̄dita renouare tēprabi-  
m9 lectores orantes dent vniā si in rebus magni-  
ficiis paulo cunctatior stilus est / nec tacita nostrā  
admiratione cōtentus alienis parump̄ dictis in-  
terst̄ cepit.

De sapientibus dictis attici solonis super vari-  
etate et euanimī tolerantia ipsius.

**H**ic cum solonem predicare solitum ferunt  
Expectandū fore nouissimū vite diem vt q̄s  
Beatus iure vocaretur oēs nempe dum viuimus  
quocunq; gradu positi subiaceamus imperioz ludi-  
bris fortune a q̄bus pravo quidē imunes / a peri-  
culo aut ac minis nunq̄ tuti sumus In quantali-  
bet igitur rerū affluentia de futuro semper incerti  
dici nō possumus felices Quod verbum altius in-  
telligitur ab his qui ex altissimo dignitatis ac  
potentie folio vbi firmiter stare videbātur repēte

conuerant id cū in multis sepe tum clarissime in  
 Ctesolidorum rege / vbi hoc dictum a solone tra  
 dit Herodotus apparuit. Hunc enim potentissimū  
 sue etatis: solon vt alonge vite finē respiceret / mo  
 nuit / nec prius intellexit q̄ a Tyro persaruz rege  
 Breui post victus flāmisqz traditus in mediāqz  
 iam morte solonē verum patrem exclamauit. **Qd**  
 admirans **Cyru**s auferri tantisper suppliciu imp  
 roauit dum quid illi vociferaretur agnosceret. **Et**  
 adiuuit reuertens p̄mber qui imperium flammaz  
 qz compescuit. **Re** autem intellecta fortune / vim  
 reputans et statim hostis miseratus vitam sibi s̄  
 sine regno et vt quidā adhucant sine libertate re  
 stituit. **Recte** igitur dici potest q̄ de mortali felici  
 tate sola mors iudicat. Quamobrem hincibus q̄  
 dem inclisum sed late patens et salutare consiliū  
 Solonis vni datum ab omnibus obseruandum /  
 qui vel sunt vel fieri cupiunt sapientes. Non solus  
 si propter felicitatis de qua diximus iudicium /  
 Quod ita solonem sensisse **Cresi** finis iudicat / sed  
 etiam si propter vite ad vnum aliquod signum  
 disponende certitudinē / quod verba ipsa nō respu  
 unt intelligere vellemus ad finē vite respicere.  
 Profecto si hoc t̄pis momētū de gere cupis trāq̄lle  
 aponendus aīo est aliquis certus vite cursus a c  
 terminus ad quem omnia nostra referantur. In  
 quo q̄ cōiter peccetur ab omnibus nō audeo dice  
 re. Progrede in vulgus quisq̄ hoc scire cupis pas  
 si tibi senes ridiculi occurrēt noua i te cōsilia p̄


aduen  


vtimū mortis tempus agitantes Nec aliter anxii  
q̄ si per eadē uite vestigia reuerfuri sint Curam  
que prima eēt debuerat ad extrema transtulit mor  
talis marxia. Atqz vtiā senectutis cōsilia con  
starent miseris / quibus saltē in morte tuerētur  
Ad hęc quoqz titubant assidue / eoqz magis quia  
multa videndo multanoli facti sumus. **Domne ge  
nus** hōim percurre ratissimos inuenies qui liqui  
do quid sibi velint explicare queant Bene quidem  
ac feliciter sibi eē cōp̄te affirmabunt oēs. Sed  
id quo nā modo aut quibus vñs expectant. **Hęc**  
est illa consiliorum inconstancia vocorum consu  
sio Nec mirum Sicut enim in alto nauis quez por  
tum perat ignara: sic vita hōimū ad quem fines  
dirigatur nescia: vaga semper et incerta fluctua  
bitur vt diuersis illa flatibus / sic aduersis hęc a  
gitanda sententijs Ad millesimū licet annum vi  
uatur pluribus certe consilijs / sed pari vtilitate  
precabitur **Ego** autem vixor / ne sapiētissimū vi  
ri verbum puerilibus magis querimonijs impli  
cuisse videar q̄ declarasse Hinc igitur ad aliud e  
iusdem dictum transeo Fortunam propriam mise  
rabiliter flenti amico / huiusmodi solamen adhi  
bit In locū eminentem vnde omnis ciuitas vi  
deri possit adducto / circūspice inquit Hanc terram  
incolunt. Quod cum is sedulo fecisset. Munc ait  
apud animū tuum versa quot quantiqz hactens  
in domibus merores fuerint / quot modo sint quot  
in posteram futuri communemqz mortalium que

relam impatientia et lamento propria tuam face  
 re de finito Sapienter atqz magnifice Quanta  
 est enim error Nemo se hominē natum esse cōqueri  
 tur humana cūcti patimur cū gemitu. Tantaqz  
 pueritas incessit / hominēs eē cupimus z dolemus  
 Hinc consequēs ē eiusdē dictum. Si oīm calamit  
 ates et miserie in vnum cōuehantur vixitū in  
 singulos refundende et ad hunc imensum atqz in  
 estimabilem malorū cumulū cuncti consueant  
 mortales fore / vt attortus quisqz cum proprijs  
 et vstatis abire malit q̄ nouā ex vniuerso sibi  
 obuenientē portionem sumere Quod dictū eo spe  
 rat / vt nos qui mediocribz agimur in cōmodis sor  
 tem nostrā equanimiter tollexerimus / nō tam ad a  
 liquod pondus p̄uentū q̄ ad sequentiū turbā oca  
 los habentes Nec ignari si quibusdam inuidemz  
 innumerabiles eē quibus inuidiosi sumus / vt pe  
 niseri singulorū mala et equis partibus distribui  
cautissimum fuisse constabat finxit ab infe-  
tis reuertentē et aues suos monentem non oport-  
tere in ciuitate leonem educari si educatus fuerit  
obsequi oportere. Persuadere volens hoc figmēto  
adolescentibus generosis ac praeferoabus habe-  
nas subferingi debere / postq̄ laxate sint sero con-  
trahi unmodica frenum recusante licentia. Posse  
igitur nimicū libertati nimuz fauorē potētibz  
negari consecutis eripi non posse.

Doctrina fuit philladis histrionis in scena nil  
magis magno duci conuenire q̄ cogitare pro  
subditis nam sic commodius magnitudo eius  
exprimitur.

**C**omediam in scenam breuis est transitus.  
Quis et illam crederet exempla sapientie

missuram phillades histrio qui primū virtutum  
et in condituz saltandi morem predecora nouitate  
permutasse traditur/ in illa arte clarissimus/ disci-  
pulum habuit plam nomine quem cum impense  
admodum vsqz ad paritatis atqz ad emulatiois  
studium erudisset/ et iam pro discipulo aduersari-  
um haberet/ cepit eum obseruare tam sedulo/ ut  
sepe iuste qz redarguens spectante populo Ro-  
mano se adhuc superiorem approbaret. Vno audi-  
to coniecturari reliqua licebit. Saltabat plas  
canticum cuius greca clausula latine sublimem  
sonabat et ingentem. Vanc vero magnitudinem  
atqz altitudinem plas sese attollens dilatan-  
sque veluti corpore metuendo representabat Non ab-  
stulit phillades/ sed ex ipso consensu spectantium  
exclamans grece verbis increpuit Tum coactus  
a populo idem canticum saltauit. ¶ Cumqz ad id  
quod in altero reprehenderat peruenisset/ non sese  
extulit non effudit sed contraxit / finxitqz medi-  
tante docte quidem et prudenter. Quoniam nil  
magis magno duci conuenire censuit q̄ pro sub-  
ditis cogitare/ nec aliter comodius magnitudinē  
eius exprimi.

De sapientibus prouerbis et doctrinis publici  
historionis tam in libris Senecę q̄ in Satir-  
nalibus.

**P**ublicum quem in philosophis inseruit Se-  
neca ab historicis non excludam vbi propo-  
situm est ex omni hominum genere memoranda

adquirere. Quibus equidem inter nimios multa tam  
 graviter tamqz magnifice dicta sunt ut e medys  
 philosophie fontibus eruta videantur. Et sicut  
 est in epistolis ad lucillum non ex calcatione sed  
 ex coxurnatione discenda sunt. Unum eius dictum  
 ille locus habet. Alienum inquit est omne quod  
 optando evenit. Quid aliud hic dicit iocorum ar  
 tifer / qz bias patria capta nudus fugiens ( siue  
 ille sit Salbon ) nihil eorum que fortuna tribu  
 it suum putans. **¶** Quedam eius precepta sensi  
 bus vberiora qz verbis in saturnalibus annume  
 rata sunt. Nec quoniam ut ibi scriptum est lepi  
 da et ad communem usum accommodatissima et  
 singulis versibus circumscripta sunt / et breuita  
 te et gratia ne excludantur impetrant. Que tam  
 est nescio qualiter omnia fere senece proverbijs  
 inserta reperiam / siue ipse siue alter siue quispiam  
 de alieno liberalis fuerit / proprio tamen auctori sur  
 rumpenda non arbitror. Sunt tamen huiusmodi.  
 Beneficium dando accepit qui digno dedit.  
 Feras non culpe quod mutari non potest.  
 Cui plus licet qz par est / plus vult qz licet.  
 Comes facundus in via pro vehiculo est.  
 Veraxis fletus sub persona risus est.  
 Furor fit lesa sepius patientia: Improbe neptu  
 num accusat qui iterum naufragium facit. Nimum altum  
 do veritas amittitur. Pars Beneficij est quod pe  
 titur si cito neges. Veraxi serendo muriaz mutas  
 noua. Numqz periculum sine periculo vincat. Frugalitas

Inferat e rumoris Boni. Ita amicam habeas ut  
hunc posse fieri inimicum putes. De publico sunt sen-  
tentie in quarum singulis aliquis per insistere non gra-  
uatur nisi quia tractatus sapientie inter insipien-  
tis manus nescio quo pacto supra quam putauerat ex-  
creuit et ad finem prope hoc dixisse satis est has  
mihi sententias non tam histrionis quam philosophi videri /  
facileque omnes omnino meo iudicio probari preter pe-  
nitimam quam non sine causa seneca velat sibi aduersa  
liquit / atque ultimam de qua quid cum Cicerone  
sentirem dixi iam.

De secundum Laberium victoria humana est insti-  
bilis et qui precedit sequitur et qui vincit poste-  
a vincitur.

**C**eterum pro tot aspectibus aut populis in  
capitolium secutis circus triumphantium ro-  
manorum sufficiat ad vindictam quam nunc romani  
eques a concubibus longe distractis. Aspatianum  
victorem suum in hoc opere subsequitur Laberius  
inter eos qui nimis scripturarum diu clarissimus  
victus tandem est a publico. Quippe a quo nunc  
talium studiosus nemo non victus est. Quod et  
Julius cesar diffiniuit his verbis. Sancte tibi me  
victus es laberi a C. pro. Et laberius ipse tam  
equanimiter tulit ut victum se sine altercatione  
fateretur his sapientie plenis et memoratu dig-  
nos versibus. Non possunt primi esse omnes omni  
tempore summum ad gradum cum claritatis ve-  
neris / consistes egre et citius quam descendas de ceteris

*Cecidi ego cadet qui sequitur laus est publica.*

*De proverbijs vulgaribus et ipsorum comédatione in generali et in speciali.*

**N**unc quedam et sine auctore famosissima longo usu in proverbium versa et velut omnium hominum approbata consensu qualia sunt innumerabilia in sermone vulgari. que vel horrens villicus vel tremens anus sic enunciet interdum ut mirari nos cogat et subsistere et repetiti verbi laudare sententiam acumen / ornatum / vim / sonum magnificentiam / breuitatem / denique vel in silentio fateri. nihil de tali re melius / nihil verius. nihil sapientius nihil elegantius etiam ab eruditissimis et discretissimis dici posse. Nimirum a talibus nec ab alijs a primordio dicta sunt / licet ea postmodum et spectata veritas et memorie amica breuitas in vulgus effuderunt. Nulla quoque huius generis passim per auctorum libros offendimus. ex quibus exempli causa pauca subieciimus. Fortes fortuna adiuvat. Obsequium amicos veritas odium parit. Sine libertate et cetera friget verus. Licet hoc apud ceteros sint. Item quod inter Senecae verba connumerant. Avarus nihil recte facit nisi cum moritur. Sic est profecto vivens enim nulli bonus nec sibi nec alteri moriens huiusmodi voti compos facit / et securis liberat nulli malus. Item illud summum ius summa iniuria. Quod sane ut Cicero vult in officiorum libris intelligitur et sanam habet sententiam si non ad localem unionem contrario

rum transibitur et non minus sapienter dictum ap-  
parebit ubi in animum venerit quanto plura fla-  
gicia in magnis verbis quā in solitudine perpetrā-  
tur. **S**upernacuum pro singula discurre. **H**ic ra-  
ptum filie ille uxoris adulterium. **A**lter fratris  
alter nati / violentam mortem deflet. **H**ic in meritū  
carcerem hic ecaleum passus est / hic furtum per-  
tulit / hic rapinam / hic perfidie hic potentioris vi-  
cini superbia quatitur / hic de verborum / hic de verborum  
indignitate conqueritur / hic anticolare pellicitur / hic  
obsceno punitur seruitio **T**ot iuriarum modis leges  
non sufficiunt. **A**tqui hoc in medijs verbis fuit  
precipueque illustribus. **M**irum cum has constet  
summo iure subsistere / Alioquin vituras quene-  
get. **S**ed ut veritas proverbiū testatur hoc proors  
adversa simul stant **S**ūmum ius summa iniuria  
**N**ec illud sapientia vacat grecum puerbiū / quo  
iubemur ut quā quisque nouit artē in hac se exerce-  
at **I**d quod male seruetur nostris p̄sertim ip̄s quod  
nō videt qui vel tenuiter ad humanos actus oca-  
lum deflectat. **H**ic legū peritus in bellū mit. **I**lle  
armis exercitijs for̄ terit. **I**ste dno genit̄ mer-  
abue ac fenori studet **I**lle aratri natus / a ligonū  
bus ad tyrānidē aspirat / hic disputator argutus  
cōdonatibus obstupet. **H**ic condonator egregius  
dyaleticis p̄logismis inhiat. **V**terque manum ca-  
lamo applicat. **E**t quia sibi aliquid videtur intel-  
ligere ardet liberos componere seque notū facē pos-  
teritati. **Q**ua in re me quoque cum ceteris arguo

et ardens fame desiderium totq; diurnos ac noctur-  
 nos labores meos / forsan effectum carituros at-  
 q; interrim ad alia etsi non speciosius certe fructu-  
 osius conuertendos. **N**ō ē cuiusuis ingenij libros  
 scribere. Magna quidam res est et singularis et  
 difficilis et paucorum hominū. Sed multa inquis  
 intelligo multaq; longo studio quesivi / cur me a  
 scribendo dehortaris. Quia fieri potest / ut recte  
 quiescentiat et id quod sentit polite eloqui non pos-  
 sit. Quis hoc? profecto **M. Tullius.** Et si nullus  
 diceret vnusquisq; tamen ita esse fatebitur / cui  
 non sit insitum pro voluptate potius q̄ pro veri-  
 tate contendere. Quid igitur faciam dicās. Si con-  
 silium poscās accipe quod ego impetu animi raptus  
 tibi ipsi nequicq; sepius inculco. Studium tuum  
 ambitione careat ac pompa salutis inuigilet non  
 glorie. Profecisse te depulsis tenebris ignorante  
 vel ad intellectus lumen dūtaxat / vel etiā lingue  
 claritatem agnoscis / deo gratias agens optere bo-  
 no tuo equanimiter humiliter et ubi facilis ac fe-  
 licis potes ingenium exerce. Scribere autem eius  
 rei peritis lique / memor graui prouerbiū quod nūc  
 in manibus est. Ita forte membranis p̄ctur faci-  
 endiq; libros aliquis erit modus. Sed instabilis  
 Ego laborem non metuo ne aliter q̄ tu scribēdi  
 p̄positum frenare possim quid hic p̄ter t̄pis ac  
 studij iacturā reprehensibile ē. Respondit idē **Ci-  
 cero** **M**ā dare quēq; inquit cogitationes suas li-  
 teris q̄ eas / nec disponē ne illustrare possit / nec de-

lectacione aliqua allicere lectorem / hominis est  
intemperanter abutentis et ocio et litteris. Vides  
igitur nō sapiē tantū sed modestie cā t'pandus at  
curfus urgebis et inculcabis mibi satiricū illud.  
**T**enet insanabile multos scribēdi cacet hos. Quid  
fiet abstinet nō possum ab hoc mundo delectabi  
li dardemiam. Hanc negare nequeo morbo simili la  
borans. **I**d tibi tamen mibiqz denuncio euentur  
quod ibidem Cicero subiungit Suos inqt libros  
ipsi legant cum suis / nec quisq' attingit preter e  
os qui eandem licentiam scribendi sibi permittit  
hūt. Hactenus mecum cum lectore rixatus sim de  
inde ad propositum reuertor. Quam quisqz nouit  
artem in hac se exerceat. Metiatur seipsum quis  
qz ne quod pulcherrimum sed quod aptissimū sit  
cogitet sibi atqz illud arripiat. Nūc autem alie  
na miramur nostra cōtemnimus et i' consubra glo  
rie cupidine nō nostris artibus exercemur. Ipsi d  
niqz vim nature nitimur inferre. Nūc igitur mi  
rū ē si studioz nostrorū tales sūt exitz. Et de his q'  
dē atqz hoz similibus nihil amplius.

De cōtemptu dyadematis innoimati regis se  
cundum valerium.

**I**nter auctore carentia apud valeriū innotati  
regis dictum ponam / qui oblatū dyadema  
non confestim sup' imponēs capiti / cum animo et  
manibus diutius versasset / his ad postremum  
verbis usus est. **Q** carum et illustrē poti' q' felicē  
pannū / es quisqz discrimina curasqz et molestias

preuideat de terra subleuare negligat Sapiens  
dictum faceoz sed tū quoqz regē dixerem quando  
Historie aditum viderem d'padema eum cum verb  
obiecisse Crebri enim sunt regnorum ac rerum tē  
poralium dominatores rarissimi contemptores.  
Nec sine causa dictum reoz a poeta. *Aude hospes  
contemnere opes quia arduus et paucarum mēti  
uni est ille contemptus.*



De nullū supplicium de hoste suo optari potest  
q̄ quod papa fiat secundum Adrianum papam

**R**egio simillimū pontificale verbuz tempus  
est enī iā ad eorum nostrā descēdēdi Adria  
num romanum pontificem sepe dicētem auduisse  
Polieraticus refert / qui sibi pfamiliaris fuit nul  
lum se ab hoste suo quolibet mains supplicium <sup>op</sup>  
tare q̄ vt papa fieret Et profecto nisi fallor sum  
mū pontificatus sarcinam / que vulgo felix et inui  
diosa videtur / humeris subisse difficillimum / et  
gloriosum miserie genus est / hñedico qui eas se  
qz ab omni contagio precipicioqz preseruare de  
creuerunt Reliquis enī quanto lenior videtur tā  
to funestior status est. Videtur itaqz apud vtros  
qz formidabilis Quod si ille facebatur qui id o  
nus paucis diebus pertulit quid illis videri debe  
at qui sub fasce senuerunt.



De roberti regis Sicilie sapientia et prudenti  
dispositione quo ad oia in morte sua.

**S**ed nomine truncus erit et informis sapiē  
tractatus absqz Roberti noie Nec ego nūc

vitam eius que tota moris ac sapiē norma ē / nec  
longe etatis acta cōmemoro / de quibus solis t po  
etico vel historico sermone / quātūqz presens im  
pctus animo suaserit integer retextendus nobis li  
ber ē. si largiente deo studijs nostris ociosū tem  
pus affulserit. Ut si quid apud posteros fidei aut  
grē nostre labor inueniet nepotū populū itelligat  
hunc etati nostre regem contigisse / quē nulla nō  
sapiētissimū etas dictura sit. quīs enī inclitum  
nomē eius ope nostra non egeat cōtraqz potius no  
strū eius auxilio / et claritatē et diurnitatē sperare  
queat tamē tam digno tamqz honesto officio fun  
gi dulcē erit / p̄mixtisqz nomibus amborum regiā  
famam nullius indigā / debito obsequio p̄se qui  
apriam v̄ro et illius radijs illustrare et in eū pa  
riter fortassis extendere. Quis enī librū q̄ de Ro  
berto rege inscriptus erit abh̄ciat Quis nō cupi  
de quocūqz stilo scriptum relegat. Hoc nempe p̄  
posito precibus quas h̄u supremo mitissimus dis  
gressu fundere dignatus est illicet acquirimus  
vt africam sibi sapiēti deniqz nostro dicaremus  
Quanta autem nobis voluptas erit de illo scribere  
cui tam libentī animo de illo scripta sacrauius  
Quam deniqz iocandum cum venerit quo nihil in  
terris dulcius iam nūc cogitatione presuimus.  
Verū et si vitā differre cogimur / mortē saltē liceat  
attingere immo v̄ro vite melioris exordiū / Quis  
ei mortē dixerit / decubuerat corpore quidē languī  
dus / sed aīo alacri et infracto nullus dolor / nulla

.. potero

confternatio nullus egrædiendi metus / nullum  
 manendi desiderium / in illo præsertim habitaculo  
 ubi tanto cum honore permanserat corpis ergas-  
 tulâ artusq; satis fatiscences velut totidē liberta-  
 tis sue vincula cernebat. **A**rrebat cutis & vitalis ca-  
 lor infra semile pctus iâ redactus assidue decresce-  
 bat **I**ngeminabant morbi rarecebant spūs / trā-  
 sibat dies plūmus / extreme hore tēpus instabat  
 Nulle iteri quæxle nulle ipsius lacrime fluebāt  
 cum alienas abstergeret **S**entio quid mihi argu-  
 tus nunc lector obhæat. fortitudinis hoc potius q̄  
 sapiē videri **N**on inficior non contendo sciens et  
 virtutibus inesse cognationem quandam et hūc  
 ipsum de quo loquimur omnibus vsq; in miracu-  
 lum abundasse **H**oc sane quod sequetur ad quod  
 per tot præbula tēdebat stilus sapiētis et vniuer-  
 sa circūspicientis atq; in extremis solito iudicio  
 fruētis animi signū ē **Q**uid ei phibet quod i sin-  
 gulis vel regibus vel philosophis miratur antiq̄  
 tas in hoc (dicendū ē ei sepius) et rege simul et phi-  
 losopho posteritatem admirari. **N**ouerat se suis  
 esse carissimū / seq; id meritum gaudebat quibus  
 grauissimum se merorem relinquere certus erat  
**V**idebat adolescentulos regni successores et eta-  
 tem multis obiectam periculis crebatur. **N**oue-  
 rat sacrum religiose coniugis archanum / fugam e  
 seculo illo adhuc superstitie meditantis **A**uto qui-  
 dem poterat illustri femine regni pondus commit-  
 tere poterat illi animo superedificare quantumlibet

fundamenta non deerant nisi ipsa quod euentus  
docuit quibus miserata casum publicum saluti pro  
prie succurrere maluisset seque post sepulcrum tan  
ti coniugis mox intra sacros parietes monaste  
rii sepelisset ad altiora suspirans Hoc muliebri p  
positum iam pridem cognitum multa voluentis a  
nimam augebat quis habenas rerum post se flet  
teret quis regnum status acciperet Circūspicie  
bat scopulos: meminerat pericula et ab aqlo nez  
ab austro venturasque presagiens et prestatas guber  
nator egregius clauū commissurus in expertis quid  
mirum si sollicitudinū variarum fluctibus estua  
bat Tot difficultatibus rerum que vegetum li  
cet ac validum fatigare debuissent moriens inde  
fesso animi vigore consuluit Primū oim flentes  
ac eius cōditiones miserantes magnifice castiga  
tos docuit/ nil sibi triste nil asperū nil miserabile  
nil molestū denique nil nisi suaue prozsus et iocun  
dū morte cōtingere Satis se iuxta cesareā sniam  
vel nature vixisse vel glorie Optare se iā ex cor  
poris statione discedere/ sperare ab hoc mortali so  
lio digressum ad stabiliora regna proficisci. Minime  
itaque lugendū sed omni gaudio prosequendū  
iter suum Quid multa Sic omnium gemitus ora  
tione compescuit/ sic omnem miseriarum mortis o  
pimionē ex audientium pectoribus extirpauit vt  
nunc vsque sese felices arbitrentur/ quibus illum  
ex ipsa morte conacionem contigit audire/ nec  
morientis cubiculo vllas philosophorū scolae pre

ferant deum aduersus singula que terribilia p  
 uidebat accommodata remedia xeluti profutur  
 uenientis antidota dictant. Regni gubernacula  
 successoribus quos matrimonio iunxerat tradi  
 dit eadem admonens Hoc istud consilio hoc il  
 lud periculum declinat. Sic cum subiectis sic cum  
 amicis sic cum hostibus uiuite. Nec et alia simili  
 a cum solita et aucta malis maiestate dixisset/ to  
 ta mente in deum uersus expirauit/ et e corpore  
 vinculis lectus excessit. **Q** felicem perfectamq; sa  
 pientiam/ inter mortis angustias cum ceteris ho  
 minibus nedum rerum externarum/ sed sui etiam  
 ipsius uix ulla super est memoria/ ita secum om  
 ni ex parte consistere/ ita superstitibus consolari  
 tanq; non ipse sed hi morituri sint/ ita res suas  
 disponere seu ruerent non sepulcrum **E**t regno  
 quidem in longum consuluit/ modo uoces abeun  
 tis animis inhererint/ nec (quod multum uxor)  
 externis uice consilij euanescant. **E**go autem  
 hactenus dominum mei finem referens inter contra  
 rios affectus distrahor/ et amara quadam pastor  
 dulcedine nec unq; nisi lacrimis coactus ab hoc  
 sermone diueller.

De sapientia nasei vicecomitis mediolani et  
 de sapientia recuperatione perditae patrie sue.

**N**affens vicecomes/ uir hac etate prudētis  
 simus ē habitus mediolanensi priā p̄poten  
 tis inimicis uiribus pulsus/ dum ad canem magnū

Veronensem exulum atq; inopum vt iam diximus  
hospitale notissimum confugisset turbas hominum  
atq; conspectum vitans quod curis grauioribus  
pressi solent procul a ciuitate solitariū ( vt ag-  
unt sibi elegit habitaculum. Vbi cum breui tem-  
pore deserti sentis exilium ludibrium esse inciperet  
quod fama loqueretur solum ac vagantem dies  
integros supra ripam Benaci lacus agere / superbus  
hostis vnus ex suis ad eum illudendi gratia misisse  
traditur Qui foliuaguū vt audierat aspiciens a  
lipidū cōtemplatus accessit. et domi sui verbis q̄  
fuit primū quid illic solus ageret. Respondit semi-  
or rethia tendo solus ideo ne quis obstrepat Sub  
secutus nūcius Qui me inquit dirigit scire cupit  
ex te quibus vñs et quādo speres in patriam reuer-  
ti. Et ille Eisdē inquit quibus egressus sū s; nō  
ante q̄ flagicia sua / sceleribus meis preponderata  
ceperint Tūc me purgatū leuioremq; remeare il-  
lum ponderibus suis descendere ac precipitē agi ne-  
cesse est. Quod cū mediolani dnō remundatum fo-  
ret exclamasse vnū ex astantibus fecerunt. **S**e-  
miculus ille ex omnibus que habuerat nihil pret-  
sum sensumq; retinuit. Nec dum tamen tuto con-  
temnitur. Et profecto sapienter ad vtrūq; res-  
ponderat primū quod secretum eis paul ab oim  
turbis ageret. In secundo ei nō sapiens mō sed  
vates fuit. Siquidē nō multo post hostis exupe-  
rante nequicia cui i solēs dabat alimenta felicitas  
illo deiecto / ipse victor in patriā rediit. In qua

blas in presentem diem vt videmus ipsius et ne  
potes dominantur et filij.

De religioso qui conuiuium ad crastinum refuta  
uit quia crastinum non habebat.

**D**ictum vnum audire placuit / et referre dele  
ctat Religiosus quidam vir spectare sancti  
tatis ac iam senio grauis ad insequentis diei con  
uiuium inuitatus / si quid ait nunc ex me vultis pre  
sto sum / quid vero cras agendum sit / vos quibus  
vacat cogitare Ego enim a multis annis crastinum  
non habui **Q** felix si vera memorasti **Q**uid enim  
insecum formidare potest qui crastini curis rese  
ctatis hunc diem ut extremum ordinat / vt extre  
mum aspiciat. **Q**uoniam rerum suarum in expedito ratio  
nem habens: nec de preteritis / nec de futuris aris  
Summa hunc et sacra cum delectatione viuere neces  
se est / impletis vite officijs et sacramentis rite com  
positis / adhuc inter homines cunctantem et nihil  
iam preter dei renocantis imperium expectantem  
**D**icere et iterum felix / nec scio an felicior si di  
cere posses quod est apud Senecam iam paratus  
nihil cogito **D**e die toto cogitare arbitror / alioquin  
stulte se artasse ad desperationem.

De sapienti vsu et doctrina Brixienſi circa e  
ditionem propriorum liberorum.

**Q**uam hoc recte premissis addiderim viderit  
doctiores mihi pretermittere quidem non li  
buit Brixensis vir et morum et sanguinis nobili  
tate conspicuus dicitur. Ego enim hominem

nō noui s̄ qđ sepe mihi relatū ē teneo. Int̄ m̄ta  
m̄m̄icū que sapienter cū amicis et cū vicinis a  
git/ Hunc cū filij morem seruat vsq; ad quartū  
decimū etatis aū ferat et verberib; lasciuētes  
domat tenerum ac tractabile ingenū omnib;ue  
modis ad arbitrium suū fingens Postq; vero pu  
bertatē attingunt flagris abiectis precib; ac mo  
nitijs ad virtutem cohortatur et rectas viuendi m̄  
am sedulo illis obcestand; et pericula dinumerātes  
que obliquis tramitibus gradientes manēt. Hoc  
pri; officium dicitans/ filios enī esse nō seruos  
cū quib;ue neruis et catenis Adh̄c et illā faci  
rationē Quid inquit se simul et filius torquere in  
uat/ sapientem nemo nisi deus facit Itaq; duz ni  
hil intelligunt officium tuū imple Post admoni  
isse satis ē/ de reliquis nisi quid carcere vel suplic  
o dignū interuenerit et tibi parce et filio/ curāq;  
hanc omnē supremo artificio cōmitte. Senti ego q̄  
dem in multis sed in meipso; clarius frustra natu  
re repugnari Quanto enī studio parentes mei ege  
rant ut patrimonij aucturne ius ciuile perdisce  
In quo uiuentib; h̄s aliquantulū processi ut at  
mihi relictus sum eo redij vnde nuncq; animi intē  
tione discesserā Valde parētib; cupiebā obseq; s̄  
nature cogebat Nec dici nec ē quod oēs norūt q̄  
pcul̄ h̄c me ab illoz opinione captauerit. Nunc  
qm̄ duo maximi tractat; vnū ingentem librum  
occupant pars prime virtutis tertia quarto mā  
dabitur volumini.

Rerum memorandarū liber tertius Explicit  
Sequitur quartus de coniecturis Et primo de  
coniectura Appij claudij quam habuit infecto  
romanorum virtutem ipso segnicie marcescere

**A**ltioribus incipiam Quid enī populo romano in terris altius fuit huius euentus ab illustribus viris multo āte puius ē Appij Claudij in oī sermone negotiū romanorū oīo pferre sollicitus fert Atq̄ memoria tā de mēs ē q̄ oīi dulcedinē negotioꝝ curiesi factas securitasq̄ cū oīo cōtingat nō pferendā cēseat Sz āteriora pspiciēs vir cautissis videbat id qd̄ exitus app̄babit romanā virtutē negotijs ali segnicieq̄ marcescere

De smā pudentissā Quinti metelli ignorantis an victoria romanorū in Carthagine letabilior an formidabilior eēt.

**Q**uidē quod hic generali qdā admonitione atq̄ idiffinice cēsuerat Quintus metellus ihs ipsie applicuit Bello ei secūdo punico pulso tāde ex p̄talia hāmbale ac subacta Carthagine cūctē gaudio exultātibus solus i senatu graui ac cū sp̄ta smā vsue ē ignorare se asserēs an ea victoria letabilior an formidabilior eēt rei publice sicut ei hāmbal alpes igētā strepitu trāsgressus cōcussa p̄talia doznitātē populā romanū exatasset ita de cōdū ne illo disgresso silētio q̄ pacis reditu rursū obdozniscerēt Et q̄s labor ac metus exercuerant securus torporū opprimeret.

Qualit sapio Nasica prudēs mores romanorū  
in pace ruituros aduersatus ē. sapiētissimo ca  
thom censenti punit9 delēdā eē captā cartaginē.

**N**ā qđ aliud āte oculos habebat ille vir optis  
a senatu iudicatus Nasica tertio bello puni  
co dū a suā Carthōis censori q̄ vir oīm sapiētis  
sim9 habebatur acerrime cōstanterqz dissensit.  
Et illo censente iexorabiliter delēdā eē Cartagi  
nē aduersatus ē. Nō q̄ urbē infestissiaz ptis odif  
set/ sed qđ patriā diligeret cui9 mores p̄uere se  
dicebat in luxuriā abituros amoto emule urbis  
stimulo Atqz vtinā eius tunc consiliū valuisse  
longioris eui forficā Romana felicitas fuisset.  
Nec hostili vrbe ferro flāmisqz cōsumpta ipsa tā  
breui post tpe non armis sed vicis apellentibus  
cornisset/ pace belloz gloriā iquinante atqz orbē  
domitū vendicante luxuria Et hoc quidē de mode  
ratorē terrarū a principē nationū populo Nūc que  
de illustribus populi eius viris ab alijs itidem pre  
claris cōiectoris prouisa sint referam/ a cesari  
bus incipiens quibus nihil occurrit aut in vrbe  
sublimius In hac quoqz tanta rerum altitudo q̄  
de longinquo cernenti supremus oīm primū m̄hi  
vertex ostēditur/ ille m̄hi stilo etiā p̄ferēdus est.

De prudentia Lucij Sille regnantis quam  
habuit de iulio cesare inopē adhuc adolescente  
et qualiter pomperium admonuit vt cauere il  
lum puerum male p̄cinctum.

**I**llis cesar futurus tunc dñs ad illud principa  
 tus fastigiū pmo xro ad celū opinione hoīs  
 puenturus / quippe ipxiū oceano famā q̄ terminet  
 afrie (ut Vgilus ait) ipse is m̄q̄ vt m̄d̄s agnos  
 ceret nihil nō licere fortune inopē atqz sollicitūz  
 inquietā egit adolescētiam Persequente ei Lucio  
 Silla / qui tunc euerse reipublice ipxiabat e me  
 dio atqz hoīm ex oculis fugiens nec in latebris  
 tutus erat nisi eas crebro et vt ait Suetonius p  
 x per noctes singulas cōmutaret / seqz ab inquisi  
 toribus p̄cunia redimeret Importuno morbo q̄r  
 tane p̄ter cetera vexatus Sic cū amico suo lude  
 bat eo tpe fortuna dum inter sextumdecimūz vi  
 gesimum etatis annum ageret Interuentu tādē  
 virginiū vestalium et clarissimoz viroz q̄ eū af  
 fimitate / et persecutorem suū amicitia cōtingebāt  
 vix vniā cōsecutus est Cū enim Silla preces eo  
 z nō admitteret atqz illi ex aduerso obstinata im  
 portunitate precarentur nec facturi finē viderēt  
 fessus exclamauit. Et vobis hūc cesarē habetote  
 dum noueritis hūc ipsum cuius salutem tāto stu  
 dio procuratis futurum quidē optimatiū quorum  
 vos mecū pugnatōres fuistis et publice salutis  
 euerforem Nā cesari multi insunt marij Idē Sil  
 la optimates crebro sicut Suetonius refert et no  
 minatim pompēiū magnū vt est in saturnalibus a  
 mitam et familiarem suam cum cum nihil omni  
 no formidabile videretur admonuit / vt caueret  
 illum puerum male precinctum cesarem habitu

Philoz. su.

o. 21

significans. Quid hac providentia diuinis / Quid  
his coniecturis certius / Puerum studio liberali  
bus eruditum nec diuitis / nec potestate terribi  
lem sic introspicere ut senectutis etiam euentu  
preuideas. Quid enim nonne quod de optimatibus  
predixerat tum sepertum in campis thessalicis im  
pletum est / ubi cotus fere romane nobilitatis san  
guis effusus turbidos annes transmisit ad ma  
ria. Quod aut pomperium premonuit haud quaquam  
peruacuum fuisse / et quidem thessalicus dies experi  
mento fuit / et ille precipue quo ad litus egyptium  
urgente fortuna compulsum est / et modo triumphato  
ror gentium infandi regis imperio miserabiliter dis  
cerptus / inopem regi truncum voluendum flucti  
bus medicatum caput spectandum prebuit victori  
De coniecturis aliorum cesarum.

**A**quin cesarem nomen attigimus euagandi  
materiam stilus habet. Tam vehementes enim  
aliquot coniecturas sub hoc nomine reperio / ut ape  
suspicari cogar nescio quid non providentie tantum  
sed diuinationis sub illis pectoribus habuisse.

De coniectura theodori quam habuit de tyberio  
disalpo suo quem lutum sanguine maceratum vocabat.

**I**taque de tyberio in primis libera coniectura  
theodori eoque mirabilior / quo et ante conce  
pta apertius expressa est. Hic enim tunc rettori  
ce magister tyberium puerum perspicaciter intui  
tus / quotiens oburgare eum vellet non nisi lutum  
a sanguine maceratum vocabat. Satis proprie

1. e.  
capitulum  
etiam si post mortuum suorum experimenta et impe-  
rii facinora diceretur. Quibus eum verbis vel ac-  
commodatus vel breuius post annum septuagesi-  
mum illius loquens / seque[m] ac sedam et cruentam  
hominis naturam ac p[er]t[er]tes acus effigiare potu-  
isset q[uam] senis mores ex puerilibus iudicijs designa-  
uit.

De coniectura eiusdem tyberij de Gaio caligula  
dicentis illum suo exicio viuere ac venenosum  
et mortiferum mundo animal rome ali.

**H**ic q[uod] euidentis ipsius Tyberij de G. caligula  
successore prudentia. Habebat eum su-  
pra fidem non tantum sibi obsequentem / sed suis  
omnibus nihil indignantem : omnia etiam aspe-  
ra et graua equanimiter tollerantem / vsq[ue] adeo  
vt principatus actib[us] primo obsequio collatis  
res in prouerbum versa sit. Nullus ferens Gaio  
melior / nullus prior dominus. Et tamen interdum  
dicere solebat illum suo et omnium exicio viuere  
et venenosum et mortiferum mundo animal Ro-  
me ali. Mirum q[uod] eum viuere diutius passus est.  
Sed puto sic recens xp[ri]sti mors et sanguis inno-  
cens exigebat / sic humanum mercebatur genus  
vt sceleratum iperium ferus et inhumanus prin-  
ceps exaperet. Ipse quidem Tyberius dignus erat  
talem et prouidere et habere sue mortis auctore[m]  
Nam de eo minus miror q[uam] Galbam quem p[er]mi-  
derat rerum potiturum sub annis puerilibus non

sustulit Neqz enim dissimulauit causam / q̄ ille  
tunc puer in extrema demū etate pruenturus eēt  
ad imperium Itaqz vniat sane inquit quando id  
ad nos nihil pertinet. Et San quidē fructus ex  
ip̄s floribus potuit cōcere / at Salbe principa  
tus / quibus cōiecturis. Vel ip̄e del angustus (sive  
enī et de ip̄so scribi videtur) tam longe prouiderat  
Non vacat res miraculo nisi quia vt id cesaribz  
insitum quodāmodo credatur despasianus effecit  
(quē mox attingā si ordinis nō d̄serendi grā vnū  
prius adiecero.

De coniectura domitij in natiuitate neronis fi  
lij sui dicentis / ex se et agrippina coniuge sua ni  
hil nisi abhorrendum et publice nocturum po  
tuisse procreari.

**D**omitius neronis mundo psilens et dan  
nosus pater / natum sibi filium audiens con  
gratulantibz annie: nullo tactus gaudio / statore  
inquit ex me et Agrippina nihil nisi abhorrendū  
et infaustum ac publice nocturus potuisse procre  
ari. Q infelix sed vixax vates / vnde hęc tibi can  
ta prescētia futurorum / notus eras tibi tu nota  
coniunx inexecrabilis / quis te impetus implicuit  
tam mestis amplexibus. Sed debebatur hic par  
tus moribus humanis et princeps imperio roma  
no / qui caligule nomen ac titulos obscuraret / ac  
tu genitura miserabilis pater / scēns mundo nocu  
isti clara p̄fecto hinc illinc coniecturaz aderāt in  
dicia q̄b̄stā ap̄rie ad cōis filij noticiā penetrare

De coniectura respasiani circa successione duo-  
rum filiorum suorum in imperio. Et qualiter  
domitiano predixit fungos non esse sibi metuen-  
dos sed gladios.

**U**espasianus quidem (ne differas quod polli-  
citus sum) duos filios habens (quod quod nec hunc  
dicere iam cesares faceret sed fortuna/nec ipse cu-  
i quod suorum successisset tam constanter tamen fili-  
um suum et quod mirabile est utrunque sibi succes-  
suram previdit ut multas conuersiones et insidi-  
as precessit tandem in senatu non dubitaret as-  
serere frustra se dolis appeti et manu successio. Se-  
enim sublato aut filios suos impium habituros  
(aut neminem Nec se fallit oraculo similioz vox quod  
mortalis hominis coniectura. Idem domitianum si-  
lium super cenam fungis abstinentem/cunctis au-  
dientibus irrisit/fati sui negocium dicens. Nec  
enim fungos sibi metuendos esse sed gladios.  
Tanto ante illi genus sue mortis denunciare. Hic  
iam ab urbe simul et cesaribus abeundum est.

Qualiter Iosephus previdit respasianum bellum  
agentem post Neronem futurum esse cesarem.

**O**ccurrit autem post respasianum Iosephus  
vir apud suos clarus nec obscurus apud no-  
stros qui ab eodem captus tempore quo neronis  
imperio bellum gerebat in iudea cum sibi vincula  
circundari vidisset quasi nihil motus breui capti-  
uitate/et omnino futuri certus tu idem inquit res-  
pasiane quem nunc alterius iussu vincari facie /

cto imperator factus iubebis absolui. Id sane qui  
bus coniecturis preiudicet incertum / nisi quia et  
nota neronis impietas relorem casum et spectatū  
respasiani meritum ascensum polliceri poterat.  
quo rex potente nihil inhumanum formidandus  
erat. His forte vir prouidus ad salutis ac liberta  
tis spem rationando prouenerat propter quod tā  
intrepide loquebatur.

#### Extrema.

**Q**uocumque forte de cesaribus dicta sunt vacu  
a consilij dixeris sed plena miraculi. Quid  
enim profuit de longinquo venturos casus preui  
disse nec obuiam esse cum iri posset si modo pote  
rat Nec erat ut est apud poetam, fortuna omni  
potens et ineluctabile fatum. Quocumque se res ha  
bebat propter admirationem tantū memoriam  
meruerunt. In his autem que sequuntur et pui  
dentiā miror et consilium laudo: futuris pericu  
lis abiectum / quis et ut plerumque solet ab imperi  
ta multitudinem sputum atque calcatum sit. Nihil  
nim bene suadentiū laudibus officit obstrepentiū  
furor. Multis profuit ad gloriā que dicerent que  
re consulerent contemni dum clarioꝝ prouidentie  
fides magis post laudibus quefita est.

De prouido consilio terentij qui romanum ex  
eratum in caudio captus inclusum vel profusus  
liberari cum honorificentia vel ex toto interi  
m consuluit.

6. **P**ontius samnitum imperator apud caudiā

ambos consules atqz omnem exercitum romanū  
 forte preceptis et angustis locis incluserat. Misere  
 rabile spectaculum tot fortissimos viros ademp  
 ta pugne copia et armatos simul et captivos cer  
 nere. Cum interventus noctis animos ab operibus  
 in curas traduxisset nec minus leticia victoribus  
 q̄ inclusis dolor consilium ademisset visum est te  
 rennium victoris patrem virum et etate et sapien  
 tia provecum consulere. Neqz enim procul abe  
 rat. **S**enex audito rerum statu consilium dedit ut  
 abire permitterentur in super et honorificas verbis  
 et omni obsequiorum genere prosequerentur. **Q**d  
 ubi in consilio castrorum apud feroces animos in  
 venum agitari cepit nimis molle ac prozue seni  
 le consilium de tam infestis hostibus et indigna re  
 omnibus videri proinde iussus nuncius reverti et  
 viriliter responsum poscere. **A**t ille omnes ad unū  
 occidendos censuit romanos. **E**nimvero tum tunc  
 ti precipue imperator delirantem iam senio patres  
 affirmare qui de eadem re tam repugnantia suade  
 ret. **Q**uia tamen fama hominis ingens erat pla  
 cuit cursum exquirere / si quod forte medium consi  
 lium haberet. **T**um vero senior stratu sese iussit at  
 tolli et vehiculo impositū ad castra filij perferri cu  
 ius ad adventū cir cūfusis oibus nihil inquit novi  
 consilij daturus venio. sed eorum que dedi dictu  
 rus rōnem. **P**rimū quidē ē romanos bello clarif  
 sios et optimos mortalium viros gradi & imperato

Beneficio astrictos ex inimicitie ad amicitias at  
trahere et vobis ac posteris vestris tam valide ge  
tis presidium promereri Quoniam enim modo vna po  
disse poterunt aut eos aut sobolem p quos se me  
mnerint vite ac libertati redditos Sed hoc vob  
displicet Secundum vero vti presenti fortuna z ge  
tem inimicam extirpare radicitus Sic enim in lo  
gum non tantum vobis consulitis sed his qui ex  
vobis etiam nascentur. Tertium sane quod ex  
me ptitis consilium nullum est. Nam quos inquit  
in manibus habetis dimittere contumelie affec  
tos / ea demum sententia est que nec hostem collit  
nec amicos parat Spientem senem et singula pro  
videntem. **V**erumtamen cecus et insolens vic  
toris animus utroqz consilio despecto / tertium  
quod ille damnauerat amplexus / exercitum ac  
consules exarmatos et sub iugum actos relaxauit  
Quod cum annunciatum esset herennio / ut audi  
uit eos mestissimos directis frontibus abire / nec  
amicum nec hostem posse a quoqz romano verbis  
extorquere. **V**en inquit miseri qd graues mine  
sub hoc silentio premuntur. Id quoqz qd vere pro  
uiderit subsecuta Samnitum strages duce papi  
rio cursore reimpositum qz iugum pontio et legio  
nibus testantur.

De prouido consilio Hamonis Carthaginensium  
vt Hanihal ab exercitu abstraheret et mane  
ret inter ciues et qualiter demittis.

Romanis per Hanibalē solus Hanno cōsuluit  
eē tractandū de pace.

**H**anc ut duos proquos senes de diuersis clima  
 tibus cōiungam Hanno cartthaginensis vir  
 apud suos spectate prouidentie preferendum Hani  
 balis ingenium ab infantia contemplatus semp  
 suasit continendum domi sub legibus docendum q̄  
 ex equo cum ciuibus suis viuere Abstrahendum  
 ab exercitiis ne in tempore affuefactus impe  
 rio post q̄ ciues dedidisset tyrannum ageret Ad  
 an salubriter premoneret declarauit exitus  
 Quanta enim cum africe Hispanieq; et ytalie ru  
 ina quantoq; populorum cum gemitu ac sangui  
 ne imperitandi dulcedinem semel degustatam  
 perpetrare puer ille nifus sit tam notum est vt cō  
 memoracione non egeat. Nouerat utiq; senex hic  
 alteram eius exilij partes quod periculi asseribit  
 Aristophanes de quo dictum est supra. Ideo vt Ha  
 nibali ad summam licet potentiam euecto obstre  
 ctare non defierit et in ytaliam iam tonantis victori  
 as ausus sit verbis extenuare q̄uis obstrepente  
 populo et tristis exitus vaticinari seu pacis cum  
 amor coheret: seu patrie. Nam inuidiam in tanto  
 viro et si aduersarij criminentur ego non suspi  
 cos deniq; post canensem cladem et illud p̄ne no  
 uissimum vulnus imperij romani cum mago tam  
 magne felicitatis nuncius in cartthaginensi sena  
 tu rem omnem vt gesta erat exposuissz et stragis  
 infinite modum quasi numero cōprehendi

non posset coram affusis annulorum auctorum  
modis qui romanis ciuibus occisus decepti fuerat  
metiretur cunctis leticia attonitis Hanno solus in  
eodem habitu persistens interrogauit nunquid ob  
tam grauem casum quisq. sociorum populi roma  
ni ad Hamibalem transfugisset Vbi nullum ideo si  
dem mutasse cognouit censuit legatos e vestigio  
mittendos qui pacem a romanis peterent i eo re  
statu facilius impetrandam Que sententia parum  
remissiq. animi multis tum fortassis visa est.  
Post autem sero licet geminis Cartthaginensiu  
minis summe prudentie apparuit.

Qualiter achitus predixit ciuibus cauendum  
esse adolecentem periclem eoq. esset in sermone  
similis philistrato libertatis publice euerfori

**N**ec illa preterunda est Achiti senis excla  
matio qui cum primo concionantem adolef  
centem periclem audiret repente philistrati quem  
senio grauem iuuenis audierat recordatus Caue  
te ait hunc iuuenem ciues Est eni in loquendo p  
similis philistrato Vulgo quidem plausibiliter ni  
hil nisi presentia cernenti seni autem et preterita  
memoranti et futura providenti formidabiliter  
loqui visus est. Quid igitur falsum ne presagire  
aut non recte prouidit qui ex sermonum similitu  
dine coniecturam traxit ad similitudinem animorum  
Profecto pericles alter erat philistratus nisi qd  
ad euerendam libertatem ille linguam pariter

et dexteram armauerat huic lingua sufficiat. Et  
 nunc hi tres senes remaneant inuicem fabulan-  
 tes/modo diuersitas linguarum non impediat/of-  
 tentantesq; alter alteri incredulâ patriam iuue-  
 num consilij in cineres resolutam/nos iter ince-  
 ptum sequamur. Postq; vero per presentia a prece-  
 ritis in anteriora transgressi sumus non alienum  
 forte fuerit aliquot species attingere earum rerû  
 per quas ad presentiam scuturi temporis curiosi-  
 tas humana suspirat. quibus non ignoremus pro-  
 uidentiam virorum diuinationem amicalarum et  
 propriam verum q; utriusq; studium de futuro  
 est eatenus similes videntur vt illa rectis tra-  
 iectibus procedente hæc proplexis erret anfracti-  
 bus. Itaq; quo illa peruenit hæc nititur frustra  
 quidem nisi dirigente per tenebras fortuna mor-  
 talem ignorantiam idq; pererro sicut sapientissi-  
 mis viris visu et experimento comperitum est.  
 Quam ob rem iuxta posite sunt vt vno velut obitu  
 videas q; fugeas q; sequaris Id enim est eis  
 de qua iam diu loquimur prudentie placet aut ex  
 oraculis exordiri.

#### De oraculis.

**O**raculum est vt a seneca diffinitur volun-  
 tas diuina hominis ore enuncata. Quod si  
 sic inuelligitur iam piget incepti prestat titulum  
 abradere. Nam quis ego sum qui sacros dei nû-  
 mos prophetas veteres attingam stilo.  
 Non ea vis animo neq; id mee facultatis est opus

Vertim quia et si migraturo similis sepe impedimē  
ta collegerim migrare tamen hactenus non cōtin  
git eoq; visco teneor vt a secularibus studij ne  
queam auelli Sic intelligi postulo non tanq̄ de  
infallibilis et omnipotentis dei sed q̄i de demonior̄  
q̄s illi deos vocāt responsis scripturne sim Sic  
nim illi dñ̄ forent cur non hec oracula diceren  
tur. Diffinitio quidem non abhorret. Vtiq; enim  
mortalis homo consuenerat illis spiritibus imple  
ri et sic ventura predicere / sed tam multis amba  
gibus obsita vt facile internoscas q̄ fallax insti  
gator anhelantis uatis pectus impelleret Ex hoc  
genere responsum illud est delphica Apollinis da  
tum Tarquinio superbo. Quod si apertum et eni  
dens fuisset nequaq; tantam laudem acumen ite  
pretis meruisset. Sed de hoc suo loco dictum est.  
Hic autem similia quedam ex varia librorum le  
ctione collegi quibus lecto admonitus gaudeat  
et deo gratias agat q̄ ex tenebris eductus et ad se  
rene lucis speculum reſeruatus est. Nec xreatur  
aut iouem aut quemuis alium ex illorum dñ̄s et  
quem in hac p̄e cunctis attollunt apollinem irri  
dere presertim cum M. tullius vir eius secte atq;  
illorum temporum longe doctissimus in libris su  
is libera eum irrisione despiciat Quem ille sus  
piceret publiceq; cederet insanie nobis tamen in  
sciam est et execrari peregrinum mendacis dei  
nomen et odisse. Ad hoc autem proderit aliquas

eius fallacias agnosceret / quibus humani generis  
illusor potius q̄ consultor famam sibi diuinitatis  
multa miserorum ceata que fuerit.

De Responso illusorio quod dedit Apio clau  
dio quedam diuinxatrix dicta phymenoesne mi  
nas belli dubitaret possessurus in eubote cel  
lam.

**H**apius claudis is q̄ civili bello pompianus  
partes secutus est de euentu rerum dubius  
vianum castris qui iam tum neglectus obmutu  
erat retemptauit Apollinem. Itaqz phymenoes  
quedam templi vates in antruz compulsa solito  
qz exstians furore fertur in hanc sententiam  
respondisse Magnas huius belli minas romane  
ne timeas / nihil enim ad te qm̄ in pace litus. Eu  
boicum velut quidam eubote cellam possidebis.  
Quo ille responso velut in somnis accepto perple  
xior discessit inde q̄ venerat / sed non multo post  
apud locum qui eubote cella dicitur quo secutus  
responsi quem putabat sensum se contulerat / an  
te supremum prelium morbo interit: Ita subtra  
tus bellis et sepulchro conditus enboico fides se  
at oraculo.

Qualiter vero percontator mathematicorumz  
p̄dolorum responsis fallacibus frequenter in  
vita et in morte illusor fuit.

**N**ero cesar potendi sibi mutationem status  
a mathematicis acceperat. Qui in hoc

concordes in eo discordabant / que nam fortuna  
imperio deicere exciperet His eger delphicū oracu-  
lum experiri statuit Sic enī sibi vifuse est ab homi-  
nans hesitationem suam ad diuinum cōsilium tra-  
ducturus Inde sibi responsum est annū tertium &  
septuagesimum caueret . Quod cum audisset ho-  
mīni inconsiderato et vix tricesimum etatis sup-  
gresso tanta securitas inceserat ut iam metues  
et prosperitatem et etatē sibi integrā sponderet q̄  
si ante prenunciatum tempus ab apolline mori  
non posset Eodemq; vanitatis et insolentie rap-  
tus est ut preciosissimis quibusdam rebus mari-  
tini tempestate deperditis affirmaret eas ad se  
piscium obsequio reuersuras Talibus itunuerat  
erroribus cum subito ab omnibus desitutus et  
ad turpissimam compulsus est mortem Vāq; cō-  
filiario dignus Apolline . quīs mendacii patens  
ne quid mentitus videretur consuetis ambagib;  
atq; arte prouiderit q̄ ipse nero suprema illa no-  
te audito clamore militari suū execrante et gal-  
be nomen celebrante vero licet quiverit intelli-  
gere et ad infelicitatis sue cumulum auctorem ora-  
culi xeridicū opimari Galba enī successor tertius  
et septuagesimum annū tunc agebat .

De duplici oraculo seu responso facto traiano  
per apollinem in templo heliopolie tam per litte-  
ras albas clausas sibi missas q̄ per frustra vici-  
secte in sudario inuoluce mortem traianū in vnde  
mīs proximo secururā designantis .

(121 orig. no 124)  
122 " " 121

sua faceces et imensis laudibus inflatū ex eo qđ fuerat magno vt sibi videbatur teste cōuelleres eūq; qui ad te homo certus ac modestus venerat remittēs imodestū atq; inter diuinitatis ac humanitatis vestigia titubantē Vnū mibi rexator hic videtur respondisse fideliter/ nisi talia moris eēt aliqđ in terdū veri dicere quo liberius in reliquis mētiantur Siquidē cū gigees ille platonius pessi mū nephas de pastore rex lidox et insuetis fortune fauoribus sese effereus oracula delphis exquireret/nū quisq; inter homines se beator forat vox ab antris reddita agladiū sophidiū inopē quēdā ac rusticū seniculum i fimbis Archadie latitantē

Allez

terrarum cupidinibus ac terroribus liberis et ex quo tuere regum diuitias exequantem felicioris diffiniunt Nec immerito non enim exterius sed in trofus et in ipso animo vera felicitas sita est. Hinc aperte verum respondit (vt dixi) quo liberis illuderet multis. Illusit autem ne longius eam in eodem regno alteri quem multo minus circumueniri par fuerat.

De respōso illuferio qđ accepit creesus rex lidox  
**C**resus opulentissimus lidorum rex bellam moturus in persas tali responso fertur illis  
 Cresus alim penetrans magnam pruerter opuz vim amphibologice profus ac fallaciter. Nam vt ait cicerō hostium vim se pruerter putant pruerter autem suam vim. Vtri eorum accidissz verum oraculum fuisse

De summi responsio quod accepit pyrreus.

**N**ihilo purius actum eē traditū est cum **Pyre**  
**ro.** Qui bellum romanis illaturus dum del  
phos consulit hoc responsum vt ait **Ennius** acce  
pit. Nō te eacida romanos vincere posse demens  
**Pirreus** si nō intelligeret vtra partium viasset  
verificatū oraculū videri Sic **versutus** artifex ex  
uerat sic in omnes casus profugium veritatis oc  
cupauerat Hoc inq̄ adeo manifestam fallaciā pre  
fert vt q̄q̄ sicut **Ennius** idem ait semper fuerit  
solidum genus **Eacidarum** tamen vt dixi **perpe**  
**di** absqz difficultate potuerat. Illud obscurius  
q̄ **Crassum** decepit quod vel **Crissipum** potuisset  
fallere. Sic enim apud **aceronem** scriptum est.  
Cui tamen ad postremum tota res commenticia  
videtur et hoc a poeta fictus suspicatur. Illud ab  
**Historico** **Rationes** affert. Primum enim latine  
**Apollinem** nunq̄ locutum fuisse. Deniqz **pirre**  
temporibus iam verificari desisse. Et hoc vlti  
mum (vt eo libro per multa) **irrisiue** dictum **arbi**  
**tror.** Tamen vt cuiqz non multum his rationibz  
moneor: quoniam et in latinam linguam transfee  
ri et in carmine inferri potuit ambiguitas oracul  
li **græcis** et solutis primū verbis edita Nam si ad  
linguam respicio quecuqz oraculis dicta sunt  
latine quidem apud nostros de **græco** fonte descen  
dunt **græce** vel ab **Apolline** prolata vel ab illis

memorie mandata: nec linguarum varietas ob  
fuit veritati Tertia igitur me ciceronis ratio vio  
lentiis impellit At enim hoc puerbo Responsu ian  
dicum grecis Itaqz satis credi potest hoc ab enni  
o suo quoda iure factu ee De herodoto aut quem  
cicero ipse patre historie vocat / quod superioris o  
raculi fictor extiterit no tam facile crediderim. in  
dubio igitur visum est et utrunqz attingere et ci  
ceronianam de hac re no preterire sententiam.

De responso deceptorio quod accepit philippus  
rex macedonum.

**Q**uam vero illud anceps et inopinabile quod  
philippus macedo / ex eode adito accepit ut  
imnens sibi scz a quadriga periculū prouideret.  
Ruo audito rex anxius dissolui curro per omnes  
macedonia ipeuit / quinz opidū Boetie cui qua  
driga nome erat / ut fatales sibi perpetuo declina  
uit vel ut quidam fecunt iussit euerti Frustra ta  
men Alio namqz minax oraculū spectabat Capu  
lus gladij quo eum pausanius transfodit quadri  
ge celaturam dicitur habuisse Hoc quidem est cu  
ras atqz animi tormentum credulis mortalibus  
ingerere cautelam remediūqz preripere Itaqz  
Tullius eleganter illudit nec enim obscura tan  
tum sed mendax admonitio / quasi rex capulo et  
non cus pide moriturus sit / hic sane nullum respon  
si colorem nullum veritatis vestigium aut viues  
aut moriens inuellerit.

De respōso fiki dato alexādro ep̄rotax regi.  
q iiii

**H**uius aut gener et uxoris Olympidis ger  
manus alexander at ille nihilo fidelior aut  
certior Apolline respondit urbem pandosia amne  
qs Acherusiam vitaret. Eo cupidus ex Epheo  
descendens vbi urbem ac amnem pronunciatum  
esse nouerat in Italiam venit ibi pugnans cum  
brucis ac lucanis iuxta urbem et flumen Ache  
ronca bello victus et interfectus e. Itaqz sero fa  
talibus nomibz auditis corruens / agnouit tris  
tra se priam reliquisse / potuit hic vir placatior mo  
ri Ioni suo qm philippus apollini.

De responso cleophanti dato. Itaqz eorum credat  
gutio qui eiusmodi oraculis credunt.

**H**is aut furis agebatur insensata mortali  
tas / fidens consulcoribus infestis Senatum  
sibi e media inimicorum vrbe delegerat. Nondum  
tempus erat ex tam profundis tenebris emerge  
di persequeretur humanu genus diuina vltio et  
sic meritum premebat / vt si diuina fas est superfectioni  
bus humanis celestis patientia faueret. Quid ei  
fuisse aliud reor / si modo est verum quod clarissimi  
auctores tradidere Cleophantem vt ipsi nominat  
sophistam ineptum ac mordacem vt ego arbitror  
philosophum et prudentem sed vt fere accidit pa  
rum leti successus hominem irridendi animo con  
suluisse Apollinem delphicam an esset Bactenus  
equum reperiturus cum vero nec equum querebat  
nec Bactenus habuisset responsumqz reperiturus  
quidem equum sed ex eodem casuruz et precipio mo

Ute i. 2. folia. 21  
pna. pnti psequere  
ad the sig. . .



De responso illusorio quod accepit Caius caligula in templo fortunarumq; caueret a cassio a quo fuit postmodum interfectus.

**S**ed ne Apollo solus imperatoribus nostris iriserit Caius caligula varus vndiq; prodigiis pulsatus templum fortunarum Ancien consuluit quem locum veluti natalem sibi omnibus locis atq; secessibus ut tranquillus ait spiritum petulerat Responsum caueret a cassio Ea re promotus cassio longinquo qui pro consulari imperio tunc Asiam obtinebat destinauit mortem Et forte consultor id agebat sed Caius iterum a clarea qui et ipse longinquo vulgato nomine cassius erat interfectus est

De responso quod accepit vespasianus in monte carmeli quicquid concepisset ac temptasset successurum feliciter quous arduum et laboriosum

**V**espasiano autem sub nerone rem hierosolimitans gerenti vicinum carmeli montis oraculum experiendi desiderium incessit Vnde in immensum auctus est accepto responso quicquid mente concepisset quicquid temptasset successurum feliciter quous arduum aut laboriosum videretur pauper iste fidelius et paulominus veraciter Sed ad Apollinem reuertor.

De responsa deorum non erant nisi fallace et quod liter illusor humani generis mendax nomen dei et diuinitatis famam quesuerit.

**H**ne clarius inter vicinos locutum putes  
 sub adventu xerxis territis grece vrbsq; ab  
 Atheniensibus consultus quonam modo saluti  
 proprie ac filie prouiderent respondit muris lig  
 neis Id ambiguum more suo cofusumq; cofilium  
 Themistocles interpretans p muris ligneis na  
 nes intellexit. Itaq; hortate eo deserta vrbe / tur  
 ba ad bellandum inhabilis et preciosissima reru  
 repositis locis abdita Ipsi autē armati classe con  
 scensa exproxi fortunā pelagi de creuere casus pre  
 stitit et salamine victorie successus vt cofultor  
 vrax haberetur Qua in re si nō plus illinc xer  
 sis ignauia hinc Themistoclis cofiliū ac virtus  
 q̄ Apollinis oraculū effecisset egre pfecto muris  
 ligneis hostis tā numerosus excipi voluisset.

*De respōso manifesto satisdato lacedemonijs.*

**D**aulo lacedemonijs aptior quibus eadem tē  
 pteate consulentibus aut vrbi aut regi eo  
 tūdem pteundum esse respondit. Atq; ita cōtigit  
 Rex enim leonidas gloriosissime moriens priaz  
 reliquit incolumes. q̄ q̄ recte iudicantibus oraculo  
 regis mox virtuti regie salus vrbis ascribenda  
 fit.

*Qualiter in cofilio obscures in adulado bo cla  
 rus fuerit idē apollo et de laude socratis.*

**Q**uid q̄ in cofilio anceps et obscurus in adu  
 lando clarus et simplex reperitur. Quid cau  
 se putem interuenisse nisi vt illic remedium occul  
 taret hic superbiam et inanem iactantiam morta

liū p̄toribz īgereret. Vtrobiqz fallēdi p̄positū v  
tilia regere dānosa reuelare socrate oīm q̄vixerūt  
eē sapientissimū respondit Nullū h̄ involucrū apte  
locutus ē/ nec puto falsū dixit. Sed quorsū hie  
laudādi blādichs p̄geret nō video/ nisi vt hominē  
doctissimū et cuius moleste sapientiā ferebat esti  
matione suiipsis tumidū et velut dino iudicio pla  
tum īsamire cōpelleret. Vaz forte blandiaz fide  
sibi reddebat socrates cum xenophonti discipulo  
secundum platonem preclarissimo interroganti  
nūquid suaderet Epicurū sequi/ post q̄ smām suaz  
explicuit hoc in fine responsū dedit Et nostrz quidē  
inquit humanū ē cōsiliū sed rebus et obscuris vt  
incertis ad Apollinē censo referendū ad quē etiā  
de maioribus rebus Athenienses publice sp̄xatu  
lerant At quāto tu Socrates melior quātoqz cō  
siliū sanioris q̄ is ad quē discipulum remittebas/  
nisi in hoc vno quod ille tibi optimus et cōsultissi  
mus videretur Sed redeo ad Apollinem.

De simili adulatione ad l̄gurgū deqz vero res  
ponso gigi regi l̄dorum dato.

**L**igurgo delphicum consulenti ignorare se a  
lit eum ne d̄s an hominibus aggregaret.  
ēmmo vero non ignorabas per fide cui loquebaris  
hominem esse non deum tibi tamen et omnibus  
tui similibus d̄s longe p̄ferendum.  
Sed quid aliud hec simulata ignorantia vo  
luisti nisi vt egregium vicum et inter  
homines p̄cellentem ridiculum semideū opimide



ac senatu tantum fidei tributū vt per decē siue e  
os quindecim viros celebri apud eos sanctitate ac  
fide conspicuos in dubijs casibus rei publice ex si  
billinis libris velut e celo sue salutis consilia que  
reerentur. Possem et hic vt in oraculis Apollinis  
Aliq̄ iniquissimorum spirituum fallaciam suspi  
cari in viderem doctores nostros diuino spū affla  
tos sibillis credere/ et presertim Critice/ multa  
que de xpristo predixisse creditur suscipientes a  
lacriter et ad diuinitatis testimonius proferētes  
deniqz vsqz adeo hesitantes vt ex eis quidam pre  
sciencie huiusmodi rationem afferant/ q̄ salicet si  
billarum insigne virginitas est ( vt eorum verb  
vtar) et virginatis precū dīnatio. Solico enim  
sermone sibilla therosbelle dicitur id est dei consi  
lium/ quod sola scribitur nosse virginitas. audio  
tamen cicronem ex diuerso diuinationis hoc ge  
nus paulo reuerentius q̄ ceteri resellentē/ cū qua  
tenus qdē ex verbis eius colligo Julio cesare rex  
potente contigerat vt sibillinis libris ex more  
adiciē responderetur in hanc sententiā. Quē vix  
regē haberēt Regem quoqz eū appellandū si sal  
ui eē vellent Regiū autē nomē apud alias gētes  
venerabile: apud romanos odiosū et importabile  
semper fuisse nouimus. Itaqz cicero consiliū illud  
abominatur ac respuit humanāqz fraudem mo  
dis oibus subesse nō dubitat. Ambages eī huius  
cemodi que indiffinitē place possēt ad quēlibz ho  
minē ac rē et ad oē tempus applicari non ab illa

¶ no.

que librorum auctrix dicitur fuisse sed ab aliquo ac versuto compositas videri Alia deinceps ex eisdem libris elicit iudicia diligenter et artificiose mentientis scriptoris potius quam insani. Ad postremum tamen si sibillam damnare non audeat libros tamen eius non facile legendos nec in iussu senatus aduendos censet. Et de his quidem hactenus

De somnijs.

**S**omniorum causas scrutentur alij nos hoc libro quod sepe iam diximus rerum exempla conquereimus. Sed presari libet **M.** Tullium aduersus hanc quoque vanitatem et eorum amentiam qui somnijs fidem habent acriter disputasse. Que disputatio nisi fallor si ne dicam mihi sed cuius vis homini recurrenda sit aut illius vestigijs insistendum idemque narrationis ordo seruandus erit aut profecto aliquid vel de sententiarum grauitate vel de verborum elegantia remittendum Quis eliqueso nisi impudentissimus sperare audeat illum diuinum atque aurum orationis fontem non se si diuerterit turbaturum aut patrem vel claritatem vel suauitatem procul a staterarum suarum premordijs reuerturum. Verecundius quidem foret ac tutius ipsam Tullianam disputationem aut obmittere aut non aliter quam tulliane verbis exprimere Sed nec pretermittere visum est rem etsi non lectori mihi certe necessariam probatamque nec turis totam disputationis seriem ad contextum re soluere ne fini longior quam oportet. **M.** **Q**uod diuinum

elegi summâ rei colligens que talis est. Non dece  
 re philosophum aut prudentem homines ineptis  
 atq; anilibus superstitionibus aut inclinare sed  
 ridiculum opinari qui vigilantes nec presentia in  
 telligere nec preteritorum meminisse queant / eos  
 cum obdormierint etiâ ventura prenoscere. Quasi  
 amicioz familiariorq; sopitis atq; stertentibus  
 q̄ vigili animo apertisq; oculis meditantibus sit  
 deus. Qui si auctor somniorum esset futurumq;  
 aliquid denunciare hominibus vellet vel aperte vel  
 aliqua que intelligi posset inspiratione consulere  
 q̄ oim qui sub celo sunt mortalium nemo eni non  
 somniat nedum lectulos sed egrotantium quoq; Gra  
 batulos circuire et insurrare innumerabiles am  
 bagum species / neq; cum exprocati fuerint memoria  
 habituris. Deinde si dormientibus tantum consuli  
 vellet clariora saltim statuisset somnia / non atra &  
 confusa que dormientes expanescant et vigilan  
 tes ad interpretem diluculo referre soleant. His acci  
 dit quod cum deus nullius falsi auctor sit vera est o  
 mnia que in somnis cernimus necesse esse. Que cum  
 ita sint illud potius pho dignum arbitratu. Cice  
 ro estimare visa hec quibus sopor hominum abundat  
 naturaliter euenire sine vlla significatione rerum  
 futurarum. Animum enim agitante propria natura  
 a motu nunquam posse requiescere. Eni vero cum la  
 guida et somnolenta mole corporis nec membro  
 rum nec sensuum vti possit officio dum per seipsum  
 ad aliquid agendum videndumq; cecus capitur in

Bre 2<sup>o</sup> ff 1. 2. p. 92  
 i. p. 3. ff 6. p. 10  
 adre i. ymagines

rituram Cleopancem vero iure optimo deriden-  
tem que audierat dū rediit / casu quodā habuisse  
obuiū attalū regem sibi infensum atq; eo mādan-  
te deiectum de praecepto saxi cuiusdā vertice cui eiq;  
nomen agricolae forsan et pastores indiderant ex-  
pirasse et lesō (vt aiunt) deo iusta supplicia ppen-  
disse (vt mihi magis videtur) inique sortis tributū  
inexpiale persoluisse. Quis autem meretur vulgus  
indoctum obstupefactum huius euentu cepisse A-  
pollinem non modo vt deridicam sed velut acrem  
quoq; suarum offensarum vindicem plus etiam  
solito venerari ac metuere Sed queso te valeri  
maxime vosq; qui secum et cum Apolline sentiet  
Si tam grauitē et tam cito vltus est Apollo tēp-  
tatoris huius iniuriam quid fecit marco tullio nō  
temptanti / sed apertissime contemnti / neq; id  
verbo volatili sed eternum permansuris libris.  
Neq; id semel modo sed millies et quotiens in hęc  
verba reuoluitur Vsq; adeo vt non etate sua tan-  
tum sed et diu antē cessasse delphis oracula / et ni-  
hil illos p̄ca mutōq; terre h̄yatu dicat inueniri  
posse contemptius Opinaturq; nec primis nec se-  
cundis illis fuisse nisi fortauite rareq; veritatis ha-  
bitaculam / quando et eos qui euasivūculas q̄runt  
dicentes vim loci eius euasuisse tractu t̄pis sic re-  
ridet vt dicat eos non aduertere quod de vi diui-  
na agitur / que si est vtiq; eterna est / sed p̄inde  
loq; quasi de vino aut salsamento q̄ vim suā sumūt  
potestate et paulatim euanescent. **I**taq; hęc

dicentes phōs supersticiosos et pene phanaticos  
appellat / qui excusationes frivolas ineptis suis  
malunt exquiscere euanuisse fingentes q̄ verita-  
tem ingenue confiteri et errorem suum vel sero te  
cognoscere quo diutissime circūventi sunt sup hu-  
iusmodi oraculis partim falsis ( vt ipsis tullij ver-  
bis utar ) partim casu veris vt fit in omni oratione  
sepissime partim flexilquis et obscuris vt inter-  
pres egeat interprete et forte ipsa ad sortem refe-  
renda sit Hec de apolline mercurius tullius Legebas  
tu quidē valeri ista et proculdubio noueras / vt  
qui ex tullianis libris magnā conflasti operis tui  
partem. quo te ac seculū tuum magis admiras q̄  
nam modo vanitas hec tantum fidei apud doctissi-  
mos prōsinuenerit p̄sertim post q̄ innotuerat eā  
tā libere ac tā grauitate ab illo latinarū vr̄ax par-  
te contenti Nec adduci possū vt credam nō idē ac  
q̄ alios doctos homines sensisse Illud potius ce-  
ar / sicut stellas quas celo appositas et celestis fu-  
ge moderatrices ferunt q̄uis ad orientem moue-  
antur firmamenti cum impetus in diuersum ca-  
pit sic vos licet motu proprio ad veritatem pro-  
nos populorum tamen erroribus violenter in nō  
contrarium deuolutos. Nisi forte nuncetias opina-  
ri libet Apollinem nostrum non segnius in cicero-  
ne iniurias vltum suas / vosq̄ in opinione conse-  
mat indignum et crudele supplicium tanti viri. cui  
vltimam enim magis vel romanum odium q̄ del-  
phicam / vel philippicam q̄ diuinationis liber

vel in cesarem et antonium q̄ apollinē dicta nocuissent. Et de oraculo satis dixisse mihi videor.

De diuinationibus.

**P**roximum a dñe vt ipsi vocant immortalibus tenere locum putabatur mortales homines aut diuinitus aut humanitus idqz seu naturaliter seu artificio quodam futurorum presch. Quip̄ quibus in hac hominum cecitate discutiens vmbraam corpoream et obiectam venturi nubem penetrans inest diuinitio magnifica quedam res et salutaria si modo est vlla sicut de hac tota re locutus Cicero prefatur. In hoc autem genere si Sibillis non indigne primus gradus dabiturqz quadam diuinitatis familiaritate ad intimū veri fontem propius videantur accedere. Et has quidem plurimas fuisse nominus quarum nonnulli scriptores et numerū et etatē et priam et actus et nomina collegerunt. Quod nobis hoc loco prosequi longū nimis et curiosum magis q̄ necessarium videtur. Sed qm̄ de naturali diuinatione institutus nobis erat sermo que et furor hoc est oraculis a furente redditus / et somnis constare creditur dicto de apollinis aliquid de sibillinis oraculis dicendum occurtebat prius q̄ ad somnia venissemus. ac nescio an hoc quorum adhuc fides et auctoritas uigent illis quorū iam pridem error explosus est meruerunt anteponi. Sed vetustatis ordinem secutus sum. Ex ceteris quidē sibillis et hoc attigisse satis sit.

Cap. Sibilla faose

Quatuor celebrantur delphica / eritrea cumana ti  
Burtina Primam ante tempus heroicum in ipso  
apollinis templo vaticinantem memorant / mul  
tos ex eius versibus Homerum poetam operibus  
suis interferuisse. Secunda nomine eriphile et lac  
nos maris imperium amissuros diu an ceimisse / et  
pitura troia / et meoniū vate q̄ multis p̄ seculis  
natus ē mendacia scripturū. Extat libellus que  
sibi attribuerunt in quo si modo suus ē troiano  
rū et grecorū exitus ac romane vrbis et iperū ori  
gines et labores et successus varios / inter hec ad  
uentū dei in terras multaqz religionis nostrae cla  
rissima multa quoqz de erroribus externis et in  
ternis / deniqz alienigenarum ac nostris enētabus  
nō modo vsqz ad hanc etatem sed vsqz ad finem  
seculi p̄xtant. Tertia nomine Almatya cuius  
locū nuper p̄pe cumas cāpante vidimus Romanos  
ex cunctis mortalibus delegisse traditur q̄ b̄g ven  
tura p̄diceret. Indignata suū cunctis seruire fu  
rorē / vt eleganter ait quidā Quin et libros edidit  
se in quibus romanorū fata remediaqz cōscripse  
rit qui sibillim dicūtur / et quorū ōnis romana his  
toria plena ē. Nota res ē / antiquis annalibus et  
nouis testatissima / anū peregrinā et nulli cogni  
tam adisse Tarquiniū superbum / ac nouem li  
bros attulisse / dicentem eos diuina esse oracula  
et venales fore Regem vero percunctatum de p̄e  
cio cū grande quiddam audiisset ierisse Anū tri  
b̄g libris accenso corā igniculo perustis que fuisse

Renoue zet. e. folia  
z p̄p̄te ex p̄n. folij  
Vbi p̄p̄ti est. Villet  
ne iz alio d̄c.

cidere in ymagines ambiguas rerum variatam.  
**I**deoque ex reliquis inuentibus earum rerum quas  
 vigilans egerit aut cogitauerit prouenire. Cuius  
 rei testem facit Aristotilem Carnumque perturbati  
 one micas interdum et inenodabiles occurrere so  
 miorum formas. Equibus si quedam false que  
 dam vere sunt: scire cupit ille vir doctissimus qua  
 nam internoscantur nota. Sive ea nulla est cur  
 incassum interpretes fatigemus/quin et si vlla e  
 ad hunc terminum via/illam his nugatoribus  
 censet incognitam presertim cum explorare res ab  
 dicas et ea que in somnijs hominibus diuinitus  
 portenduntur (quod hi homunculi profiteri non  
 dubitant) profundissimi ingenij perfecteque doctri  
 ne sit. Nos autem videamus primum ex tenuissio  
 ut ipse ait et in doctissimo genere costare / deinde  
 non ex vlla somniorum vi sed ex proprio acumen  
 iudicare. Ideoque inter se varios atque discordes.  
**A**d quod probandum quedam affert de quibus in  
 ferius dicemus. Ita quis diuinationem concederet  
 quam negat / diuinum tamen nullum concederet. Scio  
 quidem de hac re alios aliter sentire / nec sum nescius  
 quantum glorie puer hebreus ex somniorum interpre  
 tatione precepit / sed illic non arte humana / sed cele  
 stis reuelatio. Nec tandem de somnijs utcumque me  
 is verbis explicata non tam mea quam Ciceronis in  
 tentio est. Et si enim Academicorum more disputas  
 nihil pertinaciter affirmet quo minus liberum re  
 linquat et integram auditorem / quia cum ut ipse

alio quodam loco de Socrate et platone loquens  
ait vixisse secum mihi videor ex loquendi vsu de  
opinionem eius non aliter certus sum q̄ si que legi  
ex ore narrantis accepisse Quo magis miror ita  
quosdam de somnijs scripisse velut indubitas  
traderet historiam / cum ipsum de cuius fontibus  
hauriebant / cernerent hęc eadem dum recitat con  
temnentem / velle mihi videntur supersticiones ho  
minum augere. Sic eni somnia renarant que ca  
sus a aliquo vera fecit quasi nihil frustra somnia  
ri persuadere cupiant rudibus ingenijs que in il  
las primum litteras fore impigerit Ita apud cre  
dulum vulgus auctoritas interpretum ingens e  
rit neglectis qz rebus omnibus satis negotij cui  
qz suus somnus afferet aliquanto plus tibi tri  
buet sollicitudinis q̄ quietis. Quanto satius fue  
rat docere vt de mille vnum non accidit cui vel ce  
nui sit cum veritate cognatio. Totis autem no  
ctibus dormientes ac sepe meridianes quid mi  
rum si non nunq̄ vero quedā proxima videmus /  
horum aliqua iā huic scribere aggrediar Falsa et  
q̄ caperet liber. Et hęc qz sic legi volo vt agnosca  
tur pot̄ fortune visq̄ fides somnijs habeatur.

De somnio tarquinij superbi.

**A** vt a vetustissime incipiam scribit actius  
in libro Tarquinium superbum huicemo  
di somnium vidisse. Pastorem ad se venire arie  
tes geminos agentem / seqz cum ex his alterum i  
molassz aspexisse sup̄stite ieruntē obnoxio corūbz

se autem repente impetu grauiter prostratum  
atq; humi resupinum dum celum suspicit animad  
uertisse solis orbem nouum et insuetum iter age  
re. Quod cum ad interpretes retulisset / monitus  
regem ait / cauendum ne quem ipse eundem ut pcy  
et monstrum putaret / ille eum latenti prudentia  
armatus regno pelleret. Solis autem ostentiam  
commutationem status populo significare. Ne qui  
non aliter euenit. Scutus cuius germanum rex  
oppresserat / et cuius ingenium ludibrio erat / ille  
regem nomenq; regium expulit. Romana res mu  
tata vnus in locum perpetui regis / duos annuos  
magistratus habere cepit.

De somnio publii decij.

**Q**uoniam romani quondam iniquis locis a famni  
tibus circumclusi grauiter vrgeantur. P.  
decius tunc tribunus militum. visus sibi est in so  
nis inter densissimos cuneos occumberet multa  
moriens gloria. Quo somnio vir fortissimus et  
glorie sitientissimus non tam territus q̄ ad pro  
missi exitus cupiditatem animatus / nullum pri  
culi genus declinare ceperat / et ab amicis ut cauti  
us pugnaret amonitus somnium ac propositum  
suum illis exposuit. Tunc tamen preter opinionem  
illesus saluum exercitum e faucibus hostium edu  
xit. Verum post triennio interiecto / fera fides som  
nio quesita est. Bello siquidem latino consul ipse  
se pro republica deuouit / et in medias inimicorum  
acies inuectus tanta gloria opetuit / ut natum ad

simile mortis hereditarie desiderium excitaret. Nec  
ad hunc proprie modum et in annalibus romae  
scripta et apud Tullium relata sunt. Alii aliter  
sed illustrioribus deferendum est.

De somno curicole romani.

**I**dem et in eo quod sequitur dicendum quod  
apud alios varie / apud Ciceronem in hanc sententiam  
refertur. Dum ludos Ioni bello latino face-  
rent primū quidē subito ad arma cōcursum et verbe  
omnis cōmota ē. Deinde dum interruptos ludos  
reintegrarent in ipso apparatu feruus quidam in  
ter ora populi / virgis cesus furcamqz circumfessus  
ad supplicium actus. Post autem curicole romano  
per quietem adesse quidam visus / qui ludorum per  
fidem sibi displicuisse narraret eaqz se senatu no-  
tū facere preciperet. Timuit inexpectatus aggressus  
capitolium pulsare / dormientem cursum ymago ea-  
dem obuersata consulere visa est ne se in suam per-  
niciem segnitie impelleret. Nec ideo ille securior fac-  
tus est. Cunctanti filius morte subtrahitur et yma-  
gine iterum minatus imperante ipse insuper me-  
bris debilitatur ac contrahitur. Sed enim cum co-  
actus se oēs ut acciderat amicis exposuit ex eorum  
arbitrio lectica in curiam vectus tūdem rei seriem per-  
sequens explicitis domū icolumis suis pedibus rediit sōm-  
nosqz senatui approbato ludi ex integro instituti sunt  
ego aut plane video quālibet semel et sepius quē occur-  
sare quāt vel Iouis vel alteris cuiuslibet ymago at  
quo nam ille modo corporales vires auferre possit

aut reddere non satis intelligo Rufim tamen vel  
 somnio non credere quãp hoc fabius. Hoc aulus gel  
 lius/ hoc Celius/ deniqz hoc omnes historia vt a  
 pud Cicronem afferunt cū vidam nec ipsum ad  
 credendum facilem/ vel illud meminisse nequaquam  
 possibile et amissionē et recuperationē virium & si  
 in mortem et quecunqz talia in somnū seu visi seu  
 dilata seu postea in senatu exposita tempus inadis  
 se. Quid enī prohibet quocunqz tempore fieri qd  
 oī tempore fieri potest Noua tamē res fatēz eūē  
 tuqz mirabilis et ad fallendū efficac.

De somnio Caii gracchi.

**N**eqz enī id preterundū quod in eadem his  
 toria scriptū ē Caius gracchus questure  
 candioatus videre per somnium Tiberiū gracchū  
 Germanū suū qui pridē gladio pierat visus ē / et  
 audire dicentē/ quantūlibet differret ac traheret i  
 de illi tandē quod sibi preparatū mortis genus h  
 ex ipso Gaiō graccho priusqz tribunatū plebis i  
 quo p̄t cōsequerē se audisse et multis renar  
 rasse ipse scriptor historie celius testatur.

De somnio diui Julii cesaris.

**N**unc in angustos ingrediamur thalamos/ &  
 qd in stratis aureis somnietur exploremus  
 diuus Iulius cesar/ adhuc romanus eques/ visus  
 erat p̄ quietē cū mirē misterī/ Nihil ē equidē quod  
 nō et possit et soleat somniatibus occurrere/ et que  
 nunqz cogitarunt/ et que cogitatu horrida et que  
 secundum rerum naturā impossibilia iauditaqz sūt

vident ipse tam sedo somnio grauiter turbatus  
ad interpretes retulit. Illi eū spe non modica re  
plenerunt promissum orbis imperium afferentes  
quoniam mater cui incubisset terra esset cōis e  
ius et cunctorum gemtrix. Non dubito multos id  
idem somniasse non eodem successu. Ceterum vt  
ea vera interpretatis videretur singularis viri v  
tus et fortuna prestaret.

*De alio somnio eiusdem;*

**N**ec segnior mortis q̄ imperij prenuicius sibi  
somnia accidit. Nocte quidem quam dies in  
te nouissimus insecutus est vidit se a terris abla  
tum supra nubes volitare/ et interdum dexteram  
cum Ioue cōiungere. Quod q̄uis ad coniectorem  
relatum non legamus/ tamen vt res docuit et in  
stans a rebus humanis digressus/ et relatio eius  
inter deos significari potuit.

*De somnio calpurnie vxoris Julij cesaris.*

**R**iquanto tamen clarius Calpurnie vxoris  
somnia. Que eadem illa nocte cedis preua  
rectū palatij collapsum vicumq̄ in gremio trāssi  
rum suo vidit in somniis. Quod cū cesari narra  
set/ multis cum precibus ac lacrimis obtestās ne  
luce proxima in capitolij ascenderet ipse collatis  
somnia sit et aduersa tentus valitudine parump  
hesitauit vtrū pergeret/ an se domi cōtineret his q̄  
nūc agē destinauerat i tpe aliud dilatis Atq̄ ita  
substint donec ille trux a i humansproditor q̄ sub  
eo tam gloriosam miliciam/ et tot amplissimos

Honores gesserat frequentem senatum accessisse et  
 expectare ait et ut moras rumpere egit. Cum  
 sine infixa urbanitate victus: ne tot illustrium vi-  
 rorum expectationem frustraretur / sine ut valerio  
 placet ne feminea visione territus videretur: siue  
 ut ego arbitror quia fatalis eum reposcibat dies  
 ventumque erat ad terminum quem preterire nō  
 licebat paruit / et circiter quintam diei horam eo p-  
 secutus vnde non rediit.

De sc̄no artorum medici diui Augusti cesaris

**H**oc forsitan exemplo monitus diuus Augus-  
 tus huius cedis magnificus vindex nequa  
 q̄ contemptor somniorum fuit / eaq; sibi quodam  
 tempore salutaris observatio fuisse legitur. Dux  
 enim interfectore prius iusto stimulante odio pro-  
 sequitur fortuna que thessalicam aciem ventilan-  
 dis cūbus bellis egerat in campis philippiis ad  
 huc pene romano sanguine fumantibus romanos  
 iterū cōtraxit exercitus. Instabat autem pugne  
 dies cui Augustus gravam tardatus morbo nulla  
 tenus inter futurus videbatur. Nocte igitur cui p̄-  
 lium successit Artorio medico dormienti minerve  
 effigies obuersata ē iubens ne egrotū suū ob i-  
 firmiorem patretur prelio abesse. Quod ut ag-  
 nouit cesar animi viribus fragile corpus adiūtas  
 lecticā sese impositum educi aduersus hostem impe-  
 rauit. Iniroq; certamine dum mirabili constanti-  
 a et morbi simul et armorum profert impetum  
 tertium utroq; maius periculum euasit. Eodem

enim tempore quo acies confligebant Brutus in castris remansisse illum ratus in tentorium eius irrupit cubiculumque in quo iacere putabatur in numeris gladijs cupide laniatum atque disceptum est Sapiens igitur vel in somnio inuenera dixerit quispiam que egri curam non sibi sed medico commisit et apparenti morbo incertum abditis petitis admonuit. Quo consilio succursus est ne ad supremum fortune fastigium venturus adolescens primis gradibus exideret: quem inter homines de scensura diuinitas terrarum tunc futurum presidi preiudicabat ab eterno et lege sanxerat inuiolabili.

De somnijs patris et matris diui Augusti quibus securura es presignata est celsitudo.

**I**uxta igitur magnus et incomparabilis vir clarus Augustus sub quo deum celi nec nasci potuit nec describi. Cuius futuram magnitudinem genitrix claritatem genitor si que somnijs fides est per quietem vidit antequam nasceretur. Atio quidem mater pregnans vidit viscera sua ad celum tolli et inde per omnem terram atque ethereis circuitibus diffundi. Pater autem octavius in bar solis alio vxoris emergere. **Q**uid his visis illustrius quid certius. Octavius idem post partum coniugis cum per desertam trachie ducens exercitum romanum et in templo liberi patris more barbarico sacrificans interrogansque de filio responsum a sacerdotibus accepisset eum de quo querebat futurum mundi dominum nocte proxima filium videre ipsum existi

manit augustiorum effigie humana fulmine ac  
sceptro et iouis exuvie utendum nec non et radi  
ata corona laureatis curribus insidentem / duode  
cimis equis nive candidioribus agi Et hęc ostensa  
parentibus. Quibus minor inest admiratio propter  
illa que de eodem somniarunt alij.

De somnio quinti catuli

**Q**uintus catulus dedicato capitolio prima no  
cte vidit iouem ex multis adolescentulis de  
ca aram colludentibus / vni seorsum abduc  
to in sinum recondisse reipublice signum / quod in  
manibus habebat. Nocte altera eundem illum  
puerum in gremio Iouis ipsius cernens ac religi  
one tactus amittente capiens vocem iouis audi  
re visus est utantis ac dicentis / puerum illum ad  
reipublice presidium enutriti Die autem postero  
puerum Augustum incognitum sibi casus obrulit  
In quem vehementi admiratione defigens oculos  
persimile asseruit ei que bis dormiens vidisset.

Somnium M. Tullij ciceronis de augusto.

**M**arcus autem tullius Julium cesarem mane i  
capitolium secutus somnium nocturnum in do  
mesticos recesserat Visum sibi puerum vultu inge  
nuo et modesto de celo in terras cithyria auxa de  
missum / eiqz cum ante limen capitolij vestigia passisset /  
flagellum a ioue traditum / ite hos sermones Augustus  
superuenit / quem pariter ad huc notum auunculus

et mox pater ut sacris afforet adduci iufferat.  
Hunc ex inopinato contemplatus cicerō esse quē  
per somnum vidisset asseruit. Et quoniam tullii  
cesaribus inseruit casus aliud eiusdem et ab ipso  
scriptis editum somnium referendum ē. Exul pa-  
tria quod exilium gloriosus sibi calamitosū p̄e  
dixit/nec mentitur et in villa quadam moras tra-  
hens/cum post multas noctis obdormisset/somni-  
avit inconnato sibi ac mesto et desertis locis errā-  
ti occurrisse C. mariū laurea et in sissibus cōsu-  
laribus ornatum/ac sollicitē percunctatum quid i-  
ea solitudine tam tristis ageret Audita causa cog-  
nitāq; cū iū iniuria qui eum in meritum expulisset  
familiariter consolantem arripuisse eius dexte-  
ram et licitori proximo tradidisse perducendum in  
monumentum suum illic spem fortune melioris il-  
li sitam. Ea q; se visione per quietem delectatum  
scribit. Id et eventu cōprobatum somnium fate-  
tur q; in marij monumento hoc ē in ede Iouis ma-  
riana de suo reditu magnificentissimum senatus  
cōsultum factum sit. Et quia viri doctissimi de im-  
peratore missio somnium attigi qd alter vir pitus  
de impio ac feroci p̄cipē somnauerit attingam.

Somnium senece de nerone.

**A**neus seneca iam tunc senator romanus a  
Claudio p̄cipē ad magisterium Neronis  
adhuc pueri et qui bone indolis spem dabat assūp-  
tus/nocte statim proxima somniasse dicitur C. ca-  
ligulam cuius pridem famosissima crudelitas

12.

dignum exitus inuenerat se discipulum habere  
Potuit ex exercitijs admirari at non multo post mu-  
tati seu verius detecti Neronis mores et omnis hu-  
manitatis expertis animus admirationem sustule-  
runt: Quis tam caligule similis euasit. Nero ut  
non alter sed ille idem quodammodo reuersus ab  
inferis videretur. Hinc ad imperatorum somnia  
revertor.

Somnium vespasiani augusti.

**V**espasianum somniasse ferunt stateras in me-  
dio vestibulo palatii pari libranine appensa  
et in lance altera Claudium et Neronem / in alte-  
ra sese ac Titum et domitianum filios suos stan-  
tes animaduertisse. Quod non prius intelligi  
potuit quam omnibus diem functis annotatum est  
eodem numero Annorum illos duos et hos tres in-  
peritasse. Idem multo ante vllam principatus spe-  
m peregrinationem achaicam neronem profectus  
per noctem audire visuserat tum sibi ac suis secu-  
dioris fortune premordium fore tum primum Ne-  
roni dens erutus fuisset: Quod cum secum reco-  
gitans in atrium exiret obuium habuit medicum  
dentem in manibus habentem quem tunc exue-  
rat neroni atque vltro ostentantem sibi somnium  
fortuna ratum fecit. Per eosdem enim dies ad con-  
uersandam iudee rebellantis insolentiam vespasianus  
quo nullus aptior ratione rei videbatur cum exercitu  
missus est isque sibi et suis haud dubie prius

ad imperium gradus sint.

Somnium Galbe imperatoris.

**G**albe quidē Tusculane fortune templum su-  
persticiose colere consuevit; adornatum eis  
monile margarite / ac gemmis preciosissime in-  
textum ex omnibus thesauris suis extraxerat.

Mox iurato consilio capitolie Veneris celebriori  
Buis aris imposuit; dedicauit qz Secute noctis qui-  
re ymaginē sibi fortune turbati oris obtulit; sta-  
tuto se frustratam munere lamentantis minasqz  
cōstans se quoqz cū suis muneribus abiturū.

Quo ille tremefactus somnio; etsi placare minas  
sacris frustra in suis paucis diebus inuicte vi-  
ta et imperio spoliatus; abeuntem tenere nō potu

Somniū orthonis imperatoris (ii fortuna)

**H**unc successor eius ortho grauior vrgentem  
et insequentē hostiliter per noctem videre in-  
sus traditur; eaqz specie tam territus ut flens  
largiter et e cubiculo in terrā prolapsus adhuc  
dormiens a cubicularijs inuentus sit. At ne etiā  
huius terror vanus videretur; hic quoqz sacris  
nec ne quicqz placare conatus offensi p̄decesso-  
ris animā; paucis p̄ diebus et vitā et solio p̄ceps  
dignā illi supplicium repperdit.

Somnium cassij.

**E**que tristis ac terrificā nec letioris exitus  
Cassij p̄mensis quies post bellum asyaticū  
victo cui emre seruierat; Anthonio anchone quo  
de speratis rebus se contulerat p̄ noctem dormiens.

quendam immensi corporis et ethiopicæ nigroris  
 infueteq; proxfus de fornicatis hominē in cubicu-  
 lum suum ingredientem cernere visus est et stu-  
 pefactus aspectu ex eodem quisnam forte inquirere  
 Ille autem nescio quid horrifonum greco murmu-  
 re respondisse. Quo metu somnum frangente tre-  
 pidantem / seruos suos exennt / quis ea specte tha-  
 lamum irrupisset interrogans Quibus aperte ne-  
 gantibus quempiam intrasse tyris eger rursum  
 somno succubuit. Et eadem visione iterum expe-  
 rctus et territus illato lumine seruos lectum cir-  
 cumfistere precepit nocturno pauro diurnus suc-  
 cessit dolor Per eosdem enī dies ab Augusto cesa-  
 re quem cōmuni insectatione non contentus nomi-  
 natim grauib; maledictis irritauerat capite  
 mulctatus est.

— exiuit. 1. exatui.

Somnium ruffi equitis romani.

**H**ic subnectam acerri ruffi equitis romani  
 somnium quo nullum certius. Hic dum forte  
 ludus gladiatorius fieret sicacisie habitans a q̄  
 dam se somniauit interfici. Id somnium dum ami-  
 cis luce proxima in consensu spectaculi recitaret  
 vnum par insepia ludorum immissum est. Quod  
 vt conspexit acerrius dirigit et alter ex his eē de  
 quo somniauerat testatus / abire se velle ait / amici  
 credulitatē pauroq; irridētes vt maneret coege-  
 rūt. Ecce autem confertis illi manib; i extremā

circa partem vergendo ac nitendo peruenierant ubi  
tunc ipse qui timebatur summam vi correptum ad  
uersarium stravit humi ac superincubens dum in  
omnes partes se versantia zictum declinanti mucro  
nem nititur adigere. Alterum iuxta sedentem et i  
ter globos hominum assurgere non valentem feru  
regente fortuna fatali vulnere confecit.

Somnium cuiusdam innoctati.

**S**imile quiddam vel legi vel audiui somnia  
se quendam morderi se a leone marmoreo  
ex his qui in templorum vestibulis cerni solent/  
et morsum peruenire mortife cum die autem postea  
rotam templi fores casu preteriret leone conspice  
to non sine risu somnium suum inter comites re  
narrantem / et manu in apertum os illius proin  
mieca dicentem. En nocturnus hostis meae sco  
pionem qui in imis faucibus leonis. Delitescere  
bat letaliter pupugisse. Sed dormiam satis  
somnia tum est:

Somnium crefi regis lydorum.

**R**efus rex adolescentem filium generose in  
dolis quem regni successorem animo pree  
legerat. ferro preemptum somniavit. Nunc postea  
a securis summum studium adhibuit quo in fau  
te visionis umbras effugeret. Non sufficit filium  
ab omni bellorum consuetudine reuocasse ferris  
armorum usum interdixit. Neque id satis comiti  
bus custodisque preceptum ut qui gladius vix  
tur semper longius abessent. Atrox ferocissimus

interca vicinas olimpi regiones inuaserat q̄ plu  
 rimisqz mortalium fulmineo dente consumptis  
 coegerat vt turicolaru plebe malis exterrita sup  
 pier ad optm regiam confugeret. Hic amore lau  
 dis inardescens aruum patrem multis precibus  
 aggressus emittit tandem vt permittente eo ad ma  
 crandam feram ipse proficisceretur presertim qz  
 nullum inde ferri periculum timeretur. Eo cum p  
 uentum esset omnes imanen vastatorem velut  
 hostem conglobati circumstant. In eo turbine  
 ab altero a suis socijs cui potissimum nati custodi  
 am infelix genitor commiserat elapsum spiculum  
 dum aptum petit in adolescentem incidit per nisū  
 in somnijs et ineluctabile vt aiunt ferens fatum

De somnijs Astyagis regis medorum.

**N**on discedam a regibus quorum euentibus  
 iuxta se positis cuius latius appareat quan  
 tus sit labor fortune iugum et adamantina ca  
 thenas quibus humanum illa genus alligat excu  
 tere Astyages medorum rex vrimam filie manda  
 nes cunctos Asye populos mundantem cum dor  
 miens vidisset id ad nascituri nepotis magnitudi  
 nem pertinere arbitratu. eamqz iam causam <sup>opbea</sup>  
 suspectam habens que nulla erat natam licet v  
 nicam sibi nec ex medis oriundo nec sue sortis  
 viro ne partus forte vel pria vel sanguine super  
 biret sed procul in persis gente tunc humili et

ignota Cambisi fortune mediocris homini vix  
dedit. Visus est item cernere vitem ex eiusdem geni  
ralibus exortā tā mirabilis incrementi vt oēs reg  
m sui angulos adumbraret. Sed enī metu supra  
metum addito natum nepotulū iussit exponi vt  
ait valerius vt iustum interfici. Vtrūlibet frus  
tra fuit. Hic enī puer ille Cyrus ē qui Asiam  
nem et mundare coegit sanguē et ipso pressit.  
deiectoq; armis auro medoz regnū transtulit in  
persas regum primus et maximus.

De somnis Alexandri magni regis macedonia

**A**lexandro macedoni iuuenis incognitus per  
somnia visus erat violentas manus usq; in  
interitum inferre. Is postea cū ad vigilantem ex  
macedonia venisset recordatus rex / qui nā esset in  
terrogavit. Audicoq; qd Cassander foret filius an  
tipatris somniorū veritatem greco carmine delu  
sit / quasi nephas ratus de tali amico suspicari. At  
q; illius dextera oblatum venenum nihil minus  
metuens accepit. Aliud eiusdem regis mirificum  
somnia refertur. Familiaris illi petholomens ve  
nenata aspidē sauius vehementissio cruciatu mo  
riens afflictabatur. Miseratus Alexander forte  
dum per noctes assidet ingratis spondam somno  
suo repente procubuit. Confestim draco quem ge  
nitrix olympias in delictis habebat obuersari mi  
sus est radicem ore gerens / et humano more for  
matis verbis locum castris proximum signare  
quo illa nasceretur / et afferere futurum vt eius

ore languens amicus curaretur rex inter hoc em  
 hilans visione palam recitata misit qui ostensas  
 quereret radicem. Quia inuenta et ptholomeum  
 et alios multos eadem peste liberatos ferunt ri  
 det tamen hoc somnium Cicero/ eo presertim q̄ ore  
 radicem tenens loquitur draco/ quod non posset  
 etiam vir disertus. Et reuera quis hoc audiens  
 non vel medicum serpente[m] vel serpentinum ride  
 at oratorem. ¶ Quid enim magis in demostene  
 miramur q̄ dum pleno lapillis ore p̄rorantem le  
 gimus verumtamen nihil non facile somniant.

De somnijs ducum nobilium et de somnijs poe  
 tarum et philosophorum.

**H**egne ad ducum somnia transeamus mox  
 visuri quid philosophi somnient/ quid poete  
 Non in parnaso (illa enim altior cura est) sed in le  
 culis suis sobrie ac duriter somnum capientes.  
 Inde ad plebeorum visa vertemus stilum/ ne qd  
 forte genus hominum relinquamus. At ne quis  
 forsitan miretur q̄ in re quam variam et fallacē  
 et diximus et dicturi sumus tam diligenter insisti  
 mus/ sciat q̄ apud egregios auctores sparsim om  
 nia/ sed apud somniorū irrisorem Tullium/ preter  
 q̄ que de somnijs cesareis diximus magna pars  
 et precedentius et sequentiū scripta est. Nō inutile  
 pretere a nec superuacua arbitramur illustribꝯ ex  
 eplis r̄ cognosce vnde prius effectū ē vt etiā doc  
 tos hoīes interdum somnia conturbent Neqꝯ enī

vlla tam demens aut supersticiosa anicula vsq̄  
terrarum vniuit/ que hac panitate moueretur si se  
per falsa et nunq̄ fortuito casu vera somnia depre  
hendisset obseruatio humana. Nunc paucis verbis  
persuasum est vt omnibus crederetur/ cum potius  
ex multis falsis persuaderi debuerit ne cui fides ef  
set. Miræ res dictæ cum in reliquis actibus morta  
lium vnicum mendacium multis veris suspitione  
falsitatis afferat/ somnus solus est cuius vnum  
idqz temerarium atqz fortuitum verum/ innume  
ris mendacijs fidem querit. Eoqz mirabilior qui  
a ad hoc ipsum ratum verum inter crebra menda  
cia internosendum/ nulla fert via/ nulla nota est  
nisi post euentū. Sed d̄ hoc satis ab inicio dictus  
est/ ad ordinem reuertor/ quod superest verorum  
somnia coniecturus.

De somnio Hamulcaris Cartagineñ ducis.

**D**ux cartagineis Hamulcar siracusas obfi  
dens in somnis audire visus erat se postridi  
e intra obesse vrbis menia cenatur. Ea re ad vi  
ctorie spem reflexa mane alacris ad oppugnandā  
urbem instruebat aciem. Talia voluenti ac moli  
enti quod sepe fit grauis tumultus in castris exor  
tus est/ cartaginensibus ac siculis inter se dissi  
dentibus. Vpudam occasione facti rep̄te portas  
egrediuntur et suis hostibz victores/ duce turba  
tis suorum ordinibus succurrere cupientem atqz iō  
negligentē sui interceptiūt et sic in urbē ducts et in  
compedibus cenans intellexit q̄ falsus interpretis

veri somnū fuisse. **U**nius quidem Agatocles Historicus auctor ē at sequentis Celsus.

De somnio Hannibalis ducis cartaginensis.

**H**annibal et ipse dux Cartaginensium in templo Junonis lucine repperit columnam auro az asportare decreuerat Incertus autem an solida ex auro an superficerecenus inaurata esset terabrando temptauit. Et certior factus esse auram totam in proposito rapiendi firmatus erat Cui iter somnum Junonis species adesse visa ut auarise et sacrilegis ceptis abstereret monuit/minata si pergeret/rebus eum suis spoliare: se quoqz illaz vno quo solum videret lumine priuaturum. Quo somno dux alioquin ferox/ et cui nullus dei metus/ nulla religio vt de eo scriptum est/ motus tamen traditur. Nec miror. Quid enim monoculo terribilius/ q̄ oculi superstantis amissio. Itaqz minas timuit et euentum expriri noluit: nihil lo to mouere ausus: ex eo ipso auro quod ex foramine dū temptaretur exciderat Bucculam fieri et suprema colonne parte reposuit. Quod sequitur eiusdem ducis somnū apud Silenum est græcuz historicum/ et res ipsius exactissime pertractantes quem celsus et multi ex nostris scriptoribus sequuntur presertim quoties de Hannibale sermo incidit. Est enim huiusmodi Hannibal victo sagunto Romana bella iam meditans inter quietem visus est imperio Iouis in deorum consiliuz admissus de inferendo italie bello mandatum ex

cepisse / ab ipso Ioue quin et unum ex eo nume-  
ro sibi ducem deputatum q̄ sequi iuberetur cum  
exercitu / neq; retrospicere . Cum his digrediens  
cōmissis / nequiuisset locum q̄ de non respiciendo  
inissus erat obseruare . Itaq; videndi audusē ter-  
gum deflexis oculis vidisse terribilem et imanes  
Beluam atris serpentibus obuolutam homines  
animalia vrbes domos atq; arbuta et obuia q̄  
libet prosternentem atq; calcantem . Que spectā-  
tem ducem suum interrogasse quid illud mōstri  
esset ducem vero dixisse . Hec ē p̄ualie vastitas .  
Tu vero preceptorum memor et voluntata deorū  
perge obsequens et quid retro fiat ne labores .  
Quiusmodi quidem visō seu vera seu ficta est itali-  
e miserabilis strages quam tot per annos illo sub  
hoste pertulit vt vera fuisse videatur et inter v-  
ras referatur impetret .

Somnium matris dionisij syracusani.

**I**n siciliam venio dionisij mater hunc ipsum  
gerens utero secundum quietem statuitus  
patere visa: rem ad coniectores detulit qui gallea-  
te a siculis vocabantur hi sic interpretati sunt vt  
ex ea nasaturum preclarum ac diu in gratia om-  
ni fortunatissimū predicarent Cuius rei philist9  
hō vt ait cicero doctus et diligens testis est.

De somnio mulieris cuiusdam de eodem dioni-  
sio syracusano.

**H**is at mei claritas atq; fortuna p̄ crudelitas

hincere <sup>cu</sup> quidam haud ignobili ut aiunt femine p  
 monstrata est. **Q**ue quondam dormiens visa sibi  
 quodam iter ostendente in celum scandere et cunc  
 ta contemplanis / subter scabellum et sub ipsius  
 Jouis vestigijs iacentem ac vinctulis inextrum va  
 lidis teneri robustum fulnumqz et lentiginosus  
 hominem. **Q**uo conspecto sasatari ducem suum  
 quis ille hominum quid de illic vinctus ageret / rix  
 possum est sicilie Italicqz pstem fore / confestim  
 ut ex ea custodia erupisset descuituram late per  
 populos. **E**am visionem tunc inter patres notam  
 fecit vulgavitqz. **I**nterieto tempore dum dgo  
 misius qui ad eam diem obscuri nominis ac fortu  
 ne fuerat / laxatus tandem celestis providentie co  
 pdibus tyrannidem inuasisset / mulier eadem illi  
 co ut oculis suis oblatuse est illum esse quem sub  
 Jouis pdibus vidisset asseruit. **Q**ue asseueratio  
 ut effectum verax sic sibi propxrate morte ca fuit.

Somniū qđ habuit mat̄ phalaridis agrigētini

**H** phalaridis mater mercurium cuius simu  
 lacrum paterā manu tenens inter deorum  
 effigies domi sue colebat / insomnis vidit ex ea pa  
 tera sanguinem humi spargere pavimentoqz illi  
 sum rebullire: donec sensim domum omnem fasti  
 giorennis mundaret. **Q**uod in vna visum in mul  
 tis domibus verum fecit cruenta nati seuidia. Hu  
 ius quidem visionis auctor est pontificus heracl  
 es doctus vir ut ait Tullius et discipulus pla

tonis At sequentis eodem ipso tullio rusticiorum  
testem non inuenio.

Somnium alabiadis.

**A**labiades paulo priusq̄ e rebus humane  
pelleretur / se amice sue veste contextum som  
mauerat. Alias fortassis ille abbas sperare licet  
it amanti / sed enim breui post occisus et nullo mi  
serante insepultus iacens amice obuolutus ani  
culo est non differam philosophos.

Somnium socratis.

**S**ocrates dum carcere clauderetur Ericoni  
familiari suo narrauit excellētis forme mu  
lierem ad se in somnijs accessisse et nomine appel  
lantem versum homericum ex quo terra sibi luce  
moriendum illa conuerteret. Atq; ita accidit. Satis  
locupletes testes rerum etiam grauiorum. Quis  
enim somniij platonem auctorem affert citro se  
quentis Aristotilem.

Somnium Eudeniij.

**Q**uius familiaris Eudenijs Ciprijs in mace  
doniam proficiat cene pbeas thessalie vrbes  
opulentā et egregiā sed Alexandri cuiusdā ihūana  
tyrānide pssundatam venit Illic morbo correptus  
est tā graui vt de vita eius desperaret medici Sic  
afflictio iuuenis elegantis spē p noctem adesse ter  
a denūciavit euentura vt eger mox sanitati resti  
tueretur / vt es vrbe tyrānus intra paucos dies  
mortē obiret vt ipse p̄q̄nquēniū rem eart i prias  
Et prima quidem duo clare vt annunciata erant

euenire Nam et ipse preter spem conualuit et tyrā  
 nus ab vxoris sue fratribus traditus est Tertium  
 uero parumpert obscurius. Quinti enim sub  
 anni finem dum Eudemus e Sicilia ubi tunc dege  
 bat in Cyprum reuersurus expectaret / ad Siracu  
 sas Bello interemptus est. Coniectores uero sic  
 somnium excusasse legimus ut dicerent homines  
 tum demum cum e corporis vinculis euaserit in  
 patriam reuerſi.

De somnijs poetarum.

**S**equitur somnos illustrare uatum Symoni  
 des proiectum ac desertum in litore cadaver  
 sepeliuit et cum mox nauigaturus obdormisset / uī  
 dit illius humati speciem monentem ne nauim si  
 naufragio perire nollet ascenderet Paruit et ce  
 teris profectis subsistit Solueincolumis: reliquos  
 enim sub oculis suis rabies uentorum et vis tem  
 peratis absorbit se felicit hic uulgare prouerbiū per  
 di beneficia que defunctis fiunt. Itaqz hunc  
 tam gratum et tam uilis busti tam bene memo  
 rem / nobiliore ac stabiliore monumento poeta e  
 gregius immortalē eū poemate aplexus honestauit

Somnium Sophoclis.

**S**ophocles autem tragediarum scriptor cuius  
 ex Herculis templo patra auro magni pon  
 deris furto sublata esset / ab ipso Hercule per quie  
 tem quisnam id se asset edoctus traditur. Quod  
 cum homo perfidiosus et uel illi periculum affer  
 re metuens uel somnio parum credens sepius neg

lexisset reuertente per singulas noctes ymagine  
coactus tandem ad ariopagitas visionem detulit.  
Captus ex indicio ac tortus furtum fessus patri-  
ram restituit. Ex eoq; tempore herculis indolis  
cognomen templo aditum.

Somnium cuiusdam archadis inominati.

**S**peruacuum videri potest somnium attinge-  
re quod etate ciceronis creberrimum vt ip-  
se ait apud stoicos / hodie etiam in vulgus effusu  
est de duobus archadibus qui simul itinerantes /  
cum megaram venissent / ita disiuncti sunt vt eor-  
alter apud cauponem in taberna / alter apud hos-  
pitem maneret. Nocturno autem tempore is qui  
ad hospitium diuerterat / socium vidit in somni-  
is orantem vt sibi cui a perfido caupone mors pre-  
parabatur opem ferat. posse enim si celeraret in  
tempore subueniri. Eo somno motus surrexit au-  
xilium laturns supplici amico. Mox exussa som-  
ni ymagine irrisit propositum suum / et in cubita-  
lum regresso eadem affuit ymago / miserabilius  
obsecrans / vt ex quo salutis sue propugnator es-  
se neglexerat / vltor saltem mortis existeret. Et au-  
dauer suum ab extrema ignominia vindicaret.  
Se enim a caupone iugulatum et plastro super  
impositum / opertum fimo afferri. Quo circa ad  
opidi portam occurreret plastrumq; corriperet  
Enimvero secunda visione permotus neq; iam  
nihil pendendam ratus cubili prosilijt / reperitq;  
vbi monebatur plastro subulcum quidnam re-

hæret scrupulosius sciscitanti ceperat Illo trepide fugiente / corpus e ductum et reuelata scena nocturne in flagitij / campo ad supplicium adactus est .

**D** Luca et Breuia que restant ascripsi libris qui de somnijs accuratissime tractant excepta partim risus excitandi gratia / partim de regē de interpretum fallacie nequaquam prætereunda in dicam. Somniauerat quidam ouum ex lectulo pendere. Narrauit interpreti / respondit thesaurum esse sub lectulo. Fodit ille et aurum argento ac cumuolutum reperit. argentiqz particulam in di a suo misit. At ille facetissimus nugator. **N**ihil ne inquit de vitello ex priori euentu secundum eliciens / vt non tantum ouo thesaurus / sed ouo si nullum thesaurus videretur ostensus. En fabellas in quibus et phōz cōteruntur ingenia. q̄ mul ti ouū sine thesauro somniauerunt:

Somnium varie interpretatum.

**C**ursor iturus ad olimpia per noctem estimauit curru quadringio xxi. Primo mane adijt interpretem. Et ille vinces ait Id enī agiliens e quorum x robur indicat Ides somnium ad Anti phonem reculit quē vnum ex graijs somniorū con iectoribus in primis celebratum video At ille vin ceris inquit Haud dubie Nō aduertisti et a quō or præuentū eē dum currere.

Aliud simile.

**A**liex cursor transformatū se i aquilā somniauit

consuluit coniectorem Ille victor eris inquit.  
Hec enim volucris volatu cunctas supergreditur  
Antiphonis acumen expriri statuit. Ille respon-  
dit. Queso amice nonne te vincendum iam sentis  
Nuis enim hec alias omnes dum fugat ac sequit  
semper est ultima. I nunc lector et somnijs quate-  
re et interpretibus crede.

**Simile certium.**

**M**atrona pariendi auid a sed an gruida eēt  
incerta/visa est in somnijs sigillata gentra  
lia habere. Alter ex coniectoribus Minime prog-  
nantem aut parituram asseruit/ Forte enim pre-  
clusum parturice/ Alter contra Ea enī duntax-  
at claudi et consignari solet que plena sint his  
horū similibus quid de hac interpretum arte si q̄  
tamē adhuc illā p̄ficientur sentiēdū sperādūq̄ sic  
eruditi hoīes intelligāt/ vulgus qd tenuit nō relin-  
quat Et de naturali qdē dinatōe satis dictū est.

**De vaticinijs furentium**

**Q**ui furenti vaticinijs fidē prebent ipsi pau-  
lominus furere videntur Quis enim sanus  
existimet eos qui et presentium noticiam et prece-  
ritorum memoriam perdidierint/ futuri prescētia  
inuenisse. Nō tollatur tamen a nobis iudicij liber-  
tas. nec opinonū varietas extirpetur/ liceat opi-  
nari furorē solutos quosdam et liberos animis fer-  
re motus/ quibus a corporibus abstracti et diui-  
no vt ipsi volunt spiritu condcati ventura preni-  
deant. Diceat hoc ipsum irridere. Vt que sapiens

non videt insanus quod eleganter ait Cicero et  
 is qui humanos sensus amiserat diuinos sit asse-  
 ctus. Nobis autem eatenus modestus ac hademi-  
 e mos placeat verisimilia sequi vbi ultra non at-  
 tingimus. Nihil temere damnare nihil impruden-  
 ter asserere. Veritas ergo suis locis maneat/nos  
 ad exempla pergamus.

**A**fferitur in primis vaticinium remigis cuius-  
 dam classis rhodie quem non tam respectu  
 habito vilis et obscuri hominis q̄ rei ipsius inter  
 domestica exempla commemoro. Hic igitur repē-  
 te alienatus/ testari clara voce cepit ante diem tri-  
 cesimum futuras in grecia strages maximas ra-  
 pinasq; apud d'yracium et incendium et fugam  
 Classis vero ipsam domum esse redituram. To-  
 tum G. pomponius qui pretor classi preerat au-  
 disse narrassetq; tribus Cicroni/ varroniq; et  
 Catoni ( deus bone quantis et q̄ illustribus vi-  
 ris/ qui bello civili tunc forte aberant) omnes mo-  
 ti/ quidam vero etiam valde perterriti dicuntur.  
 Paucorum autem dierum interiecto spacio/ labie-  
 nus fugiens ex asie thessalica/ stragem legionuz  
 et ingenti prelio fusas. Pompei copias nunciavit  
 Enimvero confestim raptum ex horreis publicū  
 frumentum totaq; ciuitate conspersum/ qui illic  
 erant fuga precipiti digressi et a rhodis destituti  
 nolentesq; sequi naues incense sunt.  
 Sic omnia que furens ille vociferatus fuerat  
 euenerunt. Hoc sane vaticinium coloratissime

Tullius extenuat. **N**it enim illo tempore fuisse in  
Thessalia castra castris adnotata omnesque qui dixerat  
erat timuisse graviter imminentis prelii  
fortunam quod in partibus cesaris exercitus et  
dux animosus videretur. Verumtamen enim metum  
qui constantes et romanos viros urgebat grecu-  
lum hominem prostrasse facillime et a sensu pro-  
prio deiecit. Minime mirandum igitur si quod  
omnes taciti verebantur quodque idem ille valde  
permanerat furens deposito pudore predicaret. **N**o  
quin quid agerent dei insano potius renungi quam me-  
moratis supra tribus tam claris viris aut prece-  
ri etiam prudenti viro et egregio instans reipubli-  
ce periculum revelarent.

**E**t quid de cornelio dicam qui et sanguine nobi-  
lis et sacerdotio venerandus et ut aiunt casti-  
tate vite sanctus patrum in transpadana italia de-  
gens hac ipsam pugnam non xxx. diebus spacio circum-  
scripsit sed eo ipso die et dum in Thessalia gere-  
batur expressit. Subito ei furore correptus mur-  
murare coepit. **V**idete se de longinquo plura gravis-  
simum et modo hos fugere modo illos insequi modo prelium  
instaurari et vulnera et mortes et gemitus caden-  
tium et clangorem tubarum et equorum strepitum et frago-  
rem arborum et sagittas et spicula celum regentia et  
stragem imensam ceu presens omnibus que gere-  
bantur interforet. **A**d postremum exclamans ait **V**i-  
dit cesar. **E**t his dictis contulit. **E**a res principum sui  
atque contemptum post autem miraculo est habita

quando venientibus nuncijs ex thessalia non modo pugne tempus eventumque nouissimus sed singulas quoque variantis fortune vicissitudines cum illius dictis et gestibus conuenisse comperitum est. Digna rerum paritas ut bellum quod ut vera dicam a furentibus gerebatur non nisi a furentibus spectaretur. Sed hoc haecenus. Vix vero mirari posse aliquos proclare video / ubi nam martios dimittam fratres apud virtuosissimos romanorum hoc in genere celebratos. Sed de his fatror nihil praeter nomen habeo ubi praeterea cassandram virginem priami regis filiam cuius illustris admodum et magne rei nuncius furor. Vbi polipum corinthium de quo est apud homerum quod multis achinorum Troiam praesentibus et in primis filio suo an furore an aliter incertum mortem praenunciavit. Ego autem oem quod est fabula est et fabulam sapit scire volensque praesentium.

De praesagij morientium.

(tercio.)

**Q**uerabilior utraque dici potest illorum opinio qui futura praenoscere morientes putant. Si enim dum hic sumus obtutu mole corpora transmittere oculos in longinqua non possumus / ex his autem vinculis egressi sicut philosophis placet liberiore fruimur obtutu non a vero qui dem videtur abhorere ut tanquam e domo tenebrosa discedens ubi ad lumen appropinquat videre aliquid longius incipit / sic mortuus et iam exituro praesagium aliquod posteritatis occurrat.

**A**d hoc persuadendum afferant morti

ppinquantes animas/multo diuiniorez effici et in  
tensus studium vere laudis assumere. Eozqz qui  
bene vixerunt alacriter pergere /velut iam hinc  
letiora preuideant /qui autem contra tū maxime  
dolere et preteritorum actuum penitere. Quod ver  
bum ex ore gentilium letus et admirans audio.

Adhuc et mortem ipsaz presagire /et occurrant  
atqz obuias vt ita dixerim ymagines mortuorum  
cernere. Ex his concludunt inesse quidē animis  
nostris quandam vim perspectā et capacez rerū  
quod nemo dubitat / sed caligine mortalitatis ob  
scuram / post mortem demum plenam atqz perfectā  
sed iam quiddam insueti luminis habentem ideo  
qz nonnunq̄ futura preudentem Hinc pronuntiare  
vt quidam in eo statu multa predicarent que et  
alios lateant et eosipfos hactenus latuissent.

Quin hoc ipsum et ad furore trahere nituntur / et  
ad somnia Vnde enī furentes vaticinari solitos  
aiunt / nisi quia in eis animus solutus ac liber sti  
mulis suis impulsus / nullo cohibente / et habenas  
corporeas spernit et membrorum vincula transgre  
ditur Vnde quoqz multa confopitis apparere q̄  
vigilantes lateant nisi quia tum maxime videat  
tur animus a corpore relaxari / se qz velut incasto  
dito carcere licentius educere ad p̄uidendas res.  
Vt nō in merito inter sonū et mortem quedā vide  
atur eē cognatio. Hinc et a phisicis et a poetis somnus  
ymago mortis dicitur. et a virgilio consanguines  
leti sopor. Nos autē et de furore modo diximus et

de somnijs mox dicemus. de hac autem divinatione morientium quod vera quod re credibilis sit / divinus poeta viderit Homerus / Apud quem Hector moriens instantem obitum vaticinatur interfectori suo. Viderit et possidonius philosophus sua etate clarissimus. Apud quem rhodius quidam moriens sex annos post se morituros sex ex coequis suis nominat / et ordinem adhaec moriendi. Nos in hac re inquit alijs ad hunc modum abditis opinari possumus / certi aliquid scire qui possumus in experti.

Ubi quidem poetice ludis libertate nostra nequaquam uti prohibemur. hoc autem loco quod sine temeritate arrogantiaque licet / aliquot exempla profertur ex illustribus historicis.

Vaticinium Augusti caesaris morientis.

**P**rimum omnium memorie proditum est et si tranquillus opinari aliquid aliud malit Augustum caesarem dum spiritus reliquias agit / digrediente Tiberio cum quo longum et archaenum sermonem habuerat dixisse. Miserum populum romanum qui sub tam lentis maxillis erit. Id verbum a cubicularijs auditum et per manus ut aiunt in vulgus effusum est. Atqui nequaquam usque ad id tempus Tiberius ignavi principis spem dabat / sed siue semper providentissimus imperator / siue tunc mortis etiam vicinitate providentior: non superficietenus eum ut ceteri imperatores suos inspiciens miseriam populi romani urbane quidem ut reliqua vaticinatus est. **V**erius

Chomaz

o. 1. 90

enim dixisset miserimū terrarum orbem qui sub  
tam fero et imani pectore seruiturus est Et de hoc  
quidem alias Virtutes enī sceleribus miscere p̄has  
non est.

Vaticinium morientis claudij principis.

**C**laudius principe paulo ante mortem cum  
consules designaret/mensem illis quo mori  
turum se presagiebat metam statuit. Cōsilioqz  
nouissimo filios suos vt vnanimicer fraterneqz  
vixerent multis monitis obtestatus tandē pie ad  
modū senatui cōmendauit Deniqz pro tribunali  
sedens licet abhorrentibus qui aderāt et letiora p̄  
canti bus sese ad mortalitatis terminū peruenisse  
iterū iterumqz professus ē Et hic quidē sibi tan  
tum/nec vltra vicine mortis tempus/ quī sequit̄  
vero longis atqz alijs fuerunt patres.

Vaticiniū theramēnis atheniē morituri.

**T**heramenes Athenis ī carcere triginta tē  
tyrannoz imperio venenū nō trepide sed quasi  
sistibundus hauriens exiguū quod in imo pat̄re  
substiterat sic effudit. vt in terrā cadendo sonitū  
redderet. Ad quem exhilaratus ardensqz p̄mo  
inquit pulcro criticie Te erat vnus ego ge tyran  
noz qui ex cunctis seuius inexorabilisqz se in eū  
gesserat Grece autem cōmūmōrū mos erat nom  
natum designare/ cui poculum dare vellent Mortes  
igitur habens in visceribus vir fortissimus ioca  
tur simul et vaticinatur Siquidem criticas et ipse  
nō multo post prenūciata morte venenū strabit

scilicet normānoy  
et filionū et plū  
alioy

Vaticinium Indi calani.

**E**o quid romanos principes graiosqz phi-  
 losophos commemoro cum in eadem re horri-  
 dos et agrestes barbaros liceat admirari. Calā-  
 nus indus indoctus in radicibus caucasi natus  
 vt ait cicero cum ex animi sui sententia / nullo co-  
 gente ad interitum pergeret alexander macedo q̄  
 spectaculi nouitate aderat et in corpore validus &  
 victor et inuenit illum iam sese cupide flammine  
 gerentem orauit vt si quid post se fieri vellet edi-  
 ceret. Ille autem spernens / nihil inquit opus est:  
 celeriter te videbo. Nempe per eosdem dies apud  
 Babilonem Alexander obiit.

Aliud illustre vaticinium moriē-  
 tis adelecte.

**E**xemplum quod auorum tulit erasco memo-  
 rare libet / sed an hic an inter mathematicos  
 parum per se fitum. Vtroqz enim licet fama est /  
 et quidē scriptores asserunt. Eternium de Roma-  
 no et Albricum fratres cunctos et immanes ho-  
 mines matrē habuisse adelectam / ex nobili Tus-  
 corum sanguine feminam alti ingenij consiliqz &  
 tā astroz celiqz studio q̄ magicis artibz supra si-  
 dem venturi prescā. **H**ec cū sepe multa taz-  
 viro q̄ natis tum precipue euident vnum circa di-  
 em sue mortis oraculi more tribz versiculis pro-  
 nūciasse dicitur. In quibus quidē et filioz potēti-  
 ā et exitū et vtriqz sue mortis locū ita cecinit vt  
 ipsis euentibz nihil ex vaticinio demeretur. **Q**uin

etiam vt albricū fileam cum eternius ipse moni-  
tus Cassanum cauere ignobilis vici nescius Cas-  
sanum castrum in paduanorum ac etruscorum si-  
tum fimbis fatale ratus vt de Alexandro Epire  
si diximus omni semper studio vitasset tandem p̄  
septuagesimum etatis annū dum summa vi me-  
diolanum petiit ab omnibus ferme longobardis  
quibus trux et insolens spūs odiosum illum fece-  
rat circūuentus est Jam pontē adhuc flumis trā-  
siuerat illic in extreme sese casibus videns loci  
nomē fasciatus vbi cassanū audiuit cōfusiones  
nominū recognoscēs adacto calcaribus equo i op-  
positum sese flumē iniecit. Veu fatū inuitabile  
heu materna presagia. Veu archanum cassanum  
horrendo murmure vociferans / ac vix ter redden-  
tus aduerse ab innumerabili hostiū exercitu qui  
iā pontē et vtrāq; ripā occupauerat opprimitur.

De aruspiciā et augurio.

**O** Vere precū arbitror agnoscere vnde gemis  
hic error in italiam sit inuectus. Vnde enim  
deserit me tacente notum est. **N**ecessē quidem  
fuit et hanc et ceteras errorum vmbas terris e-  
uanescere vbi veritatis sol affulserat. **E**t de o-  
rigine quidem aruspiciā talis narratur fabula  
transito cuidam aranti in agro vt aiunt Tarquinē  
si cum profundius adactus foret vomer erupisse  
ragem quendam nomine puerili effigie sapienti-  
a simili et aratorem alloqui cepisse. Illum vero p-  
teritum exclamasse.

Ad cuius vocem finitimorum primo concursum fa-  
 ctum esse inde gradatim progressa rei fama intra  
 dies paucos in eum agrum vniuersam Etruriam  
 confluxisse Puerum illum audientibus cunctis  
 ta dixisse dicta eius obseruata et scriptis edita.  
**Ex** quibus accedente longa rerum experientia om-  
 nis aruspicina processerit Ita tamen vt si ad ali-  
 as serperet nationes apud tuscos precipuum eius  
 magisterium vigeret Sed o profus erroneum et in-  
 fame magisterium: Me quidem ista renarrantem i-  
 gens subit admiratio et ineptiarum tantarum prius pi-  
 get/pudet/ac miseret/ in solo in quo natus sum huc  
 natum vel exaratum potius errorem. Vbi queso  
 tibi nunc prudentissima lumen animi et oculorum  
 aberat. Vnde cecitas hec tam manifesta tam pub-  
 lica/deum ne Tagem an hominem existimasti Si  
 enim deus esset/nonne illud occurrit a celo potius  
 quam e terre cauernulis aduenturum / neque expecta-  
 turum Bubulgarum quo adiutus doctrinam  
 populis predicaret Si autem homo terra obrutum  
 viuere secundum naturam non posse noueras ideo  
 que fallaci quapiam visione delusam te nosse pote-  
 ras. Ac digno dei iudicio factum reor vt errores ti-  
 bi terra pareret nihil tunc celeste sapienti. Neque  
 hec que tibi obnoctio in re incerta sunt philosophis  
 et poetis et historicis testata Quin et error hic tu-  
 us proximas nationes contagio afficit papueque  
 populum romanum Apud quem decretum legis vt de pri-  
 cipu filijs sex singulis Etrurie populi i disciplina

tradit Et addit rationē Cicero/ne ars iqt tāca  
ppter tenuitatē hoīm a religionis auctoritate ab  
duceretur ad mercedē et questū Ars inqt tāca  
delirationē ridiculā Vaniles nugae Doctoz  
hoīm supstitionē mandicā. Vnc p̄tēta sumpsit  
se nomē diceris Thufcia a thure et sacrificijs ap  
pellata / inuentrix errorū et portentoz ac fulgur  
interprete. Que cū ita sint nō ē tergiversationi lo  
tue / fatendū crimē ē idqz dūtaxat respondendū. sic  
vero deo placitū vt et tu et q̄ erroribus tuis imbu  
ta fuit roma cuius quod religiosissimū ē i te nūc  
vsqz fundatū est felici varietate et mirabiles fu  
ture veri discipline mēdaciū magisteriū haberetis  
ē sic intellectuz qd̄ inter lucē ac tenebras it̄ sit.

De augurijs.

**A**uspicijs primū fontē attigi ad auguriū ve  
nio Piger augures reges meminisse / p̄cipu  
e qz romulū q̄ pastorū adhuc qd̄dā recolēs augur  
optimus fuisse tradit Mira rerū dissonātia p̄mo  
vero cōsonātia rex maxima Quis ei nisi pastorū  
cultus atqz horridus ad has leptias applicasset  
aīn. Pudozē cogitare vr̄bē romā oīz vr̄biū ac ter  
rarū indubitatū caput / auspicio cōditā et floretē  
p̄potētis populī fortunā aībus debere maluis  
se q̄ deo Qui et sub regibz et sub imperio cōsularū  
multis quidē seculis nihil absqz auspicijs domi  
qz militieqz fieri solitū Stupet aīms recolēs il  
los viros tam claros tam magnificos / qui res hu  
manas ex altissimo despicerent / qui fortunam

ipsam pedibus subtrivissent / qui terrarum orbem  
 inenarrabili virtute domuisset / avicularum vola-  
 tum garrivumq; et puerilibus succubuisse fallacis  
 Pro quidem nos consolari possumus / q; qui superi-  
 orem genuimus / ad alienas transmimus . hunc  
 novum ab alijs genitum adoptavimus / imitando  
 q; nostrum fecimus . Apud grecos namq; multo  
 ante urbem conditam angures floruerant / tanto  
 q; fuerunt in honore / vt calcas pte tentibus elion  
 grahs numerosissime classis prefectus memores  
 ob vnam auspicii disciplinam In ea enim exalle-  
 bat / in rebus alijs multis inferior Amphiarus  
 vero et Tiresias tam illustres eodem artificio fe-  
 rantur / vt primum pro deo colebant / et tellus que  
 illum absorbuerat pro oraculis adiretur / secundo  
 non modo viuis hominibus preferretur / sed de func-  
 tis etiam homero dicente / solum apud inferos Tir-  
 esiam sapere / vagari reliquos vbrarum more .  
 Nec primi preterea nri reges augurio docti fuerunt  
 regnarant prius in greca mopsus et amphilotas  
 famosi augures : demq; vt est apud ciceronem om-  
 nino apud veteres qui rerum potiebantur hanc  
 auguria tenebant Affertq; rationem Vt enim i  
 qui sapere sic diuinare regale dicebant . Et vt in  
 regibus dixi sic nec in populis nostris hic primu  
 furor admissus est . Nam et athenienses gens ali-  
 oquin prudentissima / nunq; consilium publicum  
 habuerunt / cui non sacerdotes diuinos adhibue-  
 rit Quos vt ait cicero matos puto q; dinato apd

f. aruspiciam

No.

notatos

eos manticos dicitur. Et lacedemones gens inuic  
tissima angurem in consilio interesse / angurem re  
gi suo assessorem semper addere voluerunt. Quis  
ergo miratur tanto habitam in honore vancitatem  
breui in immensum excreuisse. Idem ferme in sin  
gulis particulis huiusmodi rei quam diuinationem  
vocant lz intelligere. Quis eni nisi diuino vir consi  
lio / non oraculis fidem daret / cum videret nomodo  
clarissimos reges / et magnorum populorum nun  
cios / sed sumos etiam philosophos et humane ma  
gistros vici certari apud delphos et dodona et a  
monem concurrentes. Quis sperneret sibillas quas  
senatus et populus romanus in extremis pericu  
lis consuluerunt. Quis negligeret sompna cum  
saret (vt reliquos fileam) lacedemones ipsos quos  
nescio an proxime a romans fortissimos omnium  
et prudentissimos viros iudicare velim / vsqz adeo  
sompniorum curiosos / vt scribat cicero / qd qui eis  
preerant non contenti vigilantibus curis / in pasi  
phano / quod est in agro prope urbem somnia  
di causa excubabant. quia vta inquit quietis ora  
cula ducebant. Quis deniqz magos non suspiceret  
sine quorum doctrina neminem quantumlibet ali  
is rebus ornatum ad presatum regnum prouehi  
posse cognosceret. Sed ad augurium reuertor. In  
iciu qde huius rei ex arabia primum frigiqz alia  
a ac pamphilia ad postremum et ex hac nostra  
vmbria que italie parte est manasse legitur / eos  
hs afferunt vt reliqz dinadi genex / verisimile qdes.

De his scilicet provincie arbustis et pastu pecorū  
habundent et idcirco qui eas incolunt per silvas et  
vmbriferos montes assidue vagi / circumvolan-  
tes ac circūstrepentes volucres sollicitius observa-  
runt.

Quo tpe Auguria p̄mū observari cepta sint.

**N**atens de extrema augurij origine. Quo  
autem tempore et quam ob causam hec insa-  
nia rome vehementius molere cepit hinc dicam  
Accius navius puer et quod magis rideas pastor  
prisco Tarquimo regnante licui vsus sibi vsur-  
pans repente quidē et subulco augur / vulgataqz  
rei fama / ad regem euocatus est. Quem rex intu-  
ens et ecate et habitum fortassis irridens / tem-  
ptavit hoc modo. Vtrum inquit quod nunc in ani-  
mo m̄hi est fieri possit an non possit interrogo.

No. 127. f. 10. fall. 3

Mauius cum augurium pregressus fieri posse res-  
pondit. Sic vero rex elusisse putans Atqui inquit  
q̄ eorū hanc nouacula scādere meditabar Ille  
mirabili constantia / potes ergo ait. Acceptaqz no-  
uacula in conspectu stupentis regis ac populi corā  
secuit. Inde sacrum romane augurium. Que res  
q̄q̄ et annalibus et historie omnibus peruulga-  
ta sit / Tullius tamen et hanc cōmenticiam fabu-  
lam vocat. Hec igitur gemine vanitatis ē origo  
Vinc quibus vtraqz successibus vel apud nos vel  
apud exterarū gentes aucta sit paucis expediam  
exemplis.

**U**nde at nisi a supremis ordiar Iuliu cæsarem  
t. iiii

imolantē spurina notissimus aruspex/nō cepto cor  
de in exitis optimi bouis admonuit / verendum esse  
ne consilium ac vicia fatiscerent / que ambo a corde  
prouenirent. Itaqz circumspici oportere discriminē  
quod sibi pararetur / nec ultra Idus martias tra  
hi posset. Mira rerum humanaz nubes / mira for  
tune violentia. Vnde hec vel illi nosse vel huic neg  
ligere. Porre fixo enim die cum cesar multis frustra  
retemptatis hostis / curiam ingrederetur in spuri  
nam ceu mēdacem ita iocatus est / vt diceret Idus  
aduensse. Is autem nondum preterisse respon  
dit / sic ex integro cōminatus nec fefellit. Eodem  
enim die ac loco cesus est.

**C**esari autē Augusto priusq̄ ex alio matris  
exiit / prodigio p̄nunciatam magnitudinē  
affirmant. At id quale prodigium simul quo qui  
dem responsum est regem populi romani naturam  
perturire. Eius rei auctor est tranquillus testem  
afferēs Iulium marat hū. Illud addit miraculo se  
nati responso territū decreuisse / ne quis illo anno  
natus educaretur / sed quibus pregnantēs domi cō  
iuges senatus consulto ne in publicam venirent  
obstitisse. Eodem augusto in obsidione perusina  
licare non valenti / cum instaurari hostias iussissz  
oppidani repentino erumpentes impetu totiqz sacri  
ficiū pompam apparatusqz sustulere. Quo animi  
aduerso ab aruspiciibus responsum fore / vt omnes  
deorum minze que in exitis apparuerāt ad eos trā  
sirent quē illa rapuissent. Atqz ita contigit.

Mors huic quoq; principi preannunciata ē. Sub  
 extremum tempus tabula in qua nomen eius in  
 scriptum fuerat de celo tacta et prima nominis lit  
 tera deiecta est. Hinc responsum centum eum dies  
 non amplius victurum qui per conuulsam signifi  
 cantur licet eram/se vero inter deos referendum  
 quod reliquus percussus nominis indicaret/qm̄ esat  
 deus diceretur tuscorum lingua. Ex quo simul at  
 q; alijs multis similibus elicio linguarum muta  
 tionem apud gentes plurimas/de quo a me sepe q̄  
 situm memini. Sed nō illud presentis negocij est.  
**T**iberius autem cum draconem quem ferus  
 mansuefactum et alio die suo mtiorem pro  
 pria manu pasceat consueuerat fornice deuorasset  
 responsum habuit/impetum multitudinis promi  
 daret. Sed vtinam nihil vniq; verius aruspices p̄  
 dixissent. Tiberius enim non concursu populi ve  
 rum tacta et p̄ne ambigua morte perijt.

**H** Galbe in terraconensi Hispania sacrificiū  
 ti: ostentum accidit mirabile. Puer enim  
 qui atrium obseruabat/illuc ante oculos cunctorū  
 visibiliter toto vertice incanuit. Quod interpreta  
 tum est mutationē imminere successurumq; senem  
 inueni. Postq; ita contigit. In nexonis enī locum  
 Galba successit. Eidemq; post q̄ erat imperius ad  
 eptus rome sacrificiū corona acciderat/pulli euo  
 lauerant/demū die ipso quo cesus matutinū sacri  
 ficiū petenti ab aruspice consultum est vt

q̄ primum euaderet / quia hora mortis instaret et  
interfectores eius aduentarent Quod ille voluit  
quidem sed preuentus est.

**U**espasiani principatus ab ipso vite lumine  
prenundatus est. In agro quidem gentis  
flanie vnde sibi origo est / quercus fuisse traditur  
ingens ac vetusta / et marti dedicata. Ea per tres  
vespasię genitricis partus totidem nouos ramos  
edidit / puerorum fortune vt auunt certissimos pa-  
tes. Primus gracilis mox arui / neq; parcus an-  
numq; egit in rebus humanis. Secundus fortis  
ac procerus fuit filius qz tunc in lucem editus ad  
senium peruenit. Tertius vero nato vespasiano nõ  
tam rami q̄ ingentis arboris speciem habuit.  
Quo ostento Sabinus genitor aruspicius con-  
sultis / responsum habuit / illum puerum futurus  
cesarem ac terrarum dominum. Quod cum letior so-  
lito matri sue adhuc superstiti narraret nepotem  
illi cesarem natum dicens. Nihil illa respondisse  
sed sustulisse risum dicitur / quod se nondũ delira-  
re is filius tam iunior inciperet.

**U**bi domiciano princeps aruspex in germania  
rei publice mutationem imminere nunciaue-  
rat atq; ideo ad dicendam causam romani missus  
est. Forte vt accidit vt princeps mane illum au-  
diens ob eam ipsam causam condemnaret / ipse sta-  
tim postea hora diei quinta interficeret. Recordari  
potuit minus iuste se vtridũ condemnasse. Sed  
iam a cesaribus diuertamus.

**I**lla obsidione longissima qua po. ro. vejos  
 cinxerat cum alterius partis discrimen alte  
 rius tedium animos inficeret/ex inopinato vincen  
 di viam romanis ostensam ferunt Cum enim nul  
 la apparenti causa repente albanus supra fidem  
 excreuisset /quidam seu opidanus nobilistransfu  
 ga vt apud ciceronem seu xientium aruspex vt e  
 apud valerium Romano milite raptus per castra  
 relatus dixit urbem illam capi non posse lacu ex  
 undante. Qui si ex collibus inter quos iacet ali  
 qua arte deductus esset siquidem sic vt ad mare  
 descenderet calamitosum sin ita vt per agros asp  
 geretur faustum po. romano. Quam obrem mul  
 to studio impensaqz/lacus vt ille monebat educ  
 tus est hoc amplius addidit valerius /consultum  
 delphis apollinem idem respondisse. Quod cum fac  
 tum esset /licet victoria romanorum fuit Ac ego  
 iam dudum hoc audens stomacho/et paulominus rau  
 cesco/aduersus hoc sepius exclamando Non fuit sa  
 tis hominem xientem stultum forte naturaliter  
 et tunc ab accidenti metu abalienatū etiam/demē  
 temqz vana loqui /vel fortassis ex industria fallē  
 tem inensi laboris opz hostibz obhūcē nouo quo  
 dā vitionis genere /vt de9 etiā delphic9 ā isaniret  
 ā falleret. Qui ei ita cōsultuit ignorasse /mihi vide  
 batur loco9 sitū. Nā qd vel cū xns vel cum vrbe  
 romana cōe habet Albanus lacus vt vel prodesse  
 ad sūmam publici status /vel obesse valeat. Sed  
 minus audeo9 aduersus sapientie deū tam multa

protulerim/immo bo aduersus fallaciaꝝ demonē  
**S**ic enī ipsemet olim vt scriptum video quisnam  
 esset interrogatus veritatem forte coactus expres-  
 sit se qꝫ demonem clara voce confessus est. At ro-  
 manū paruere **Q**uid miri error erat temporū o-  
 raculis et aruspiciū obsequi. **L**icet et aliud opi-  
 nari. **I**quam lacus eductam eē ad vtilitatē agri  
 suburbani vt bene ait **C**icero nō ad arcē urbem  
 qꝫ retinendā. **A**t victoria consecuta ē. **E**n mirum  
 apollineis aris dignum. **E**n noua res romanos ps-  
 bilustatem obsidionē vincere. **I**llud potius mirabi-  
 le qꝫ tam longo tempore distulerūt soliti captiui  
 ingentia bella conficere et transcurrēdo victore  
 erratum orbis nisi quia dispensante fortuna pro-  
 neisse suspicor ne pliaci laboris effigies deesset ita-  
 lie. **N**ūc ablutum in aquis albano calamū vicine  
 urbis menibus inferam aliquot ducū eius exent  
 plaꝝ colligens.

**S**illa in cāpo nolano aduersum habēs samai-  
 tū exercitū cū sacrificare cepisset repente ab imo  
 are serpens exiit. **Q**uo viso postumius aruspex.  
**E**ya iqt queso dux romane tolle oēs cunctationē  
 et duc in hostem legiones. **Q**ui cū **S**illa parmissis  
 castra hostiū opulentissimā expugnauit. **S**ed ei ip-  
 se **C**icero huic sacrificio interfuit/ et triumphentem  
 anguem se vidisse testatur/ et illius preliū euen-  
 tum fuisse prosperum affirmat. **A**t non aruspiciis  
 sed imperatoris consilio. **E**legantex id quidem ac  
 magnifice.

**I**n tota autem hac re nullus notior flammio  
 illum dico qui ad crotonam infeliciter ad  
 uersus hanibalē pugnavit. Omnis hunc habet  
 historia et contentibus ac successibus vnus viti  
 pleni sunt anales. Sed historiarum pace nihil  
 ceat et in hoc et in reliquis narrationes rerū ab e  
 is / irrisiones superstitionum vel a philosophis vel  
 a ratione mutuari. Itaque Givus flammius lus  
 trato vt aiunt exercitu castra versus arcetum mo  
 turus hoc primum desistendi signum habuit q̄  
 nulla causa interueniente / ante signum iouis (et  
 quod ad terrores augmentum adhaeruit) statoris  
 Iouis / cui eiq̄ cui insederat i vnū tumulum toruēs  
 prouolatus est. Quid hic queso miraculi est si e  
 quus armis et fessore pressus intercidat. Quid  
 peccauit igitur qui ad hoc subsistere monitus con  
 tempserit. Sed enim cum ad hostem accessisset et  
 ex more maiorum auspicijs optem daret / nisus ē  
 profertē diem pugne / q̄ pulli nequaquā pascerent  
 quod pestilens apud augures signum erat. Id fla  
 minus spernens sasacatus est / si nec die postero  
 pascerentur quid agendum. Responsum et ques  
 tendum. Enimvero inquit illudens magnificā au  
 spiciorum disciplinā / si pullis esurientibus ardua  
 quelibet aggredi permittimus / eisdē saturis cogi  
 mur feriari. Meo quidē iudicio vel ob hoc vnū di  
 gnus qui feliciter pugnaasset / sed apud eos capita  
 le est / magisq̄ ob hoc q̄ ob infaustum exitum

coruēs

infamis dux habetur. **I**llud eiusdem immo  
suis erroribus accumulans cū neglectis aruspici-  
is moueri castra iussisset / seqz confestim sequi si-  
gnifer diu obluatatus multis etiam auxiliantibus  
vexillum educere non poterat **Q**uid hic rursus of-  
fenti est **T**repide fortassis eruebatur quod auda-  
citer insertum humi fuerat / debuit ne ideo ducis a-  
nimus trederet cōtēpsit hoc auspiciū et aruspiciū et  
religionū oīs contemptor **Q**uid egit nunc **A**duer-  
santibus dijs pugnavit cecidit ipse cum exercitū /  
et insignis tunc rei publice clades temeritate du-  
cis illata **H**oc presertim exemplo fidunt ac niti-  
tur auspiciorum assertores. **E**go autem sicut te-  
meritatem in romano duce non excuso / sic contem-  
ptum huiusmodi nugarum non excuso flammī  
oqz compariō / iniquissimis vso tam iudicijs  
q̄ fortuna **C**alliditas quidam Hannibalis nota ē  
qua cum sepe alias tum illo presertim die victori-  
am quesivit. **E**a vobis mihi credite romani poti-  
us q̄ auspiciorum contemptus aut stomachulus  
pullorum obfuit. **Q**uid enim oro **C**ornelius **S**ca-  
pio apud **T**icum / **Q**uid **S**empronius apud **T**rebi-  
am paulo ante meruerant ab eodem hoste separa-  
ti **Q**uid autem anno post paulus **E**nnius is qui  
cognomen sumpsit ab interitu / qui auspicijs di-  
ligentissime seruatis ipse quoqz cum toto exerci-  
tu romano aliquantooqz maiore strage rei publi-  
ce pari fraude circumuencus apud **C**annas perijt  
**Q**uod non immerito p̄ne vltimum imperij vuln9

ab Historicis dictum est .

**L**inguis hic romanorum ducum ordo subtextitur  
 Eodem bello punico Cilli Gracchorum om-  
 nium clarissimo in lucania exercitum habenti in-  
 ter sacrificandum contigit ut e proxima caverna  
 la geminis serpentibus elapsis extra corumpren-  
 tur Idque non semel tantum sed his terque reme-  
 grans facris accidit nec prohiberi potuit . Quo  
 ostento moti acuspices ut vite periculum dux caue-  
 ret monere . Utile consilium factorum hominum preser-  
 tim tam graua bella tractanti . Vex non tam prop-  
 ter famelicos angues intestina bonis inuadentes  
 (quod propter viciniam hostem romani sanguinis facie-  
 rem Siliat autem acuspice nomen) consilia sana lau-  
 dentur Tamen ipse non cauit sed ab hospite prodi-  
 tus / insidie carthaginensium incautus oppetuit .

**M**claudius marcellus vir fortissimus eodem  
 bello simili casu perit In brucis nempe ei  
 post sacrificium mestior acuspice extulit extra mi-  
 nantia / et ut caute ageret exhortatus est hic quo-  
 que sapiens consultor / et dux eque incautus . Qui bellu-  
 rum gerens cum hoste tam insidioso / non omnia cir-  
 cumspicere / sed elatus memoria victoriarum su-  
 arum et exagitatus cupiditate sepius vincendi pe-  
 ne solus pergeret ubi ab exercitu peritorum circum-  
 clusus et oppressus non minorem lugendi causam patri-  
 e daret . tam puerili errore tam probati ducis et  
 iam lxxiii . annum supergressi quod interitu .

o. l. c. ch. m. u.

**B**ello autem innumerate hostilium mantis  
his territus prodigijs affectus sacrificiū i  
stituenti pulli educti in siluā proximā fugerunt.  
Monstrum horrendum ingens pullos in siluā fu  
gere. Moyses forte animū arripit / si vel i vndas  
vel in ignes euolassent. Nunc vero naturā secuti  
sunt / quid miraris. Et sedulo q̄siti nec reperi sunt.  
Mas credo / cauee odiū / et libertatis amor / addide  
rat. Sed audite quod sequitur. Quā terre stri ita  
nere ad portum Herculis peruisset / nauē ascēsu  
ro sine auctore vox audita ē. Mantine mane. Vox  
quidē sine auctore nulla ē / sed auctore illic preser  
tim per facile latitare. Cauernosei ac filuestris  
locus ille ē / m̄biq; notus optime / nusq; in me ma  
gis ausis tempestatib; semel et iter illic in terrā  
eiectus / multos in litore dies egi. Non minus iuste  
m̄si falloz territus cū procellis obrueret et mortē  
ante oculos haberem q̄ audita voce mantinus.  
Qui vsq; adeo paues factus scribitur / vt alio ap  
tum iter flecteret. Sed quod oro prodigiū terrā  
narratis. Cum iā inquit venisset et stapham es  
set ingressus anguis eximie magnitudinis visus  
mox euauit. Vridiculā historiam. Ergo prodigi  
orū numerum calamitatibus equaturus mantins  
male pugnauit / sedū fedus iniuit / turpiter se dedi  
dit. Quid dicturi fueratis si vixisset. Vulgare ei ē  
vt infaustis rerum euentibus reprehensorum co  
pia non desit.

**S**ed vt ab occasu ad orientem respiciam m.

**C**raſſus bello partico/ne manum cum hoſte conſe-  
 deret quantis et q̄ claris prodigijs ruocatus eſt.  
**M**oturus aciem cum paludamentis poſceret quo  
 bellorum ducebant candido aut purpureo vti cō-  
 ſueuerunt nullum ei allatum ē. Non puto ſuſpi-  
 cemini p̄annum illuſſenſum erroris habuiſſe. nō  
 dum eo veſtrorum religionis proceſſit inſania ne-  
 q̄s enim ingreſcere diceretis ſed palleſcere. Perum  
 quod in tali re vſu euenit trepidatio miniſtri palu-  
 damenta permiſcit. **A**n hoc ipſum prodigium nū-  
 cupatis detur ſane quando error hoim ſic habet eti-  
 am illuſtrium nomen hoc vocari **S**ed nunq̄ tan-  
 tam habet vim vt alioquin iuſte ſuſceptum bellū  
 vel deſerere cogeret vel differre **Q**uid quod aqui-  
 larum altera vix a primipilo conuelli potuit/alte-  
 ra egerime conuulſa in contrariam partem ſeip-  
 ſam conuertit. **N**ihil hic mirabile (ne dicam ſtu-  
 pendum) preter ſtupore hominum doctorum tā ma-  
 niſte delirantium **E**tinuero meſtum inter mili-  
 tes ſilentium fuit quos antiquo more letos exul-  
 tantesq̄ conuenire ducesq̄ et ſigna circumſiſte-  
 re decebat **M**ouſtis animum fateor hoc vno vix  
 nullo hic aculſpice ſed arte et providentia impera-  
 toria opus erat. Itaq̄ nolite mihi hoc prodigiū  
 narrare. **V**ocate res proprijs nominibus pauore  
 trifticiamq̄ dicite **S**ed quis exitus **D**ux oppreſ-  
 ſus egregio adoleſcente filio ante oculos patris  
 interfecto/legiones noſtre ad ſacietatem creuentiſ-  
 ſimi hoſtis ceſe/ſigna romana babilonicis poſtibus

affixa/disposita in menibus truncata capita et in  
foam limo obruta et fluminibus iactata cadaue  
ra latius honos et omnis flos militie superbo pede  
calcatus/deniqz clades quanta raro vnq̄ alias ab  
externo hoste populo Romano inuenta Quis: hęc  
nescit. Quis autem inter hęc acuspicię locus.

Turbatus hęc loco Valerius Velle quidem inquit  
placidus sed quod relatu verum est sic deorum p̄  
monitus excandescunt sic humana consilia casti  
gantur vbi celestibus preferunt. Optime inq̄ si  
commutati paludamenti vel auerse aquile prodi  
gium spectum. Sed auaricie consilium castigari  
putas dolesqz in qua vrbe non multis ante seculis  
oblatis vltro muneribus/ nullum vsq̄ patu  
it receptaculum/ in ea tam multum auaricie licet  
isse/ vt tanto cum ludibrio cesorum tantoqz cum  
discrimine superstitum romanum imperium nu  
taret. **Q**uid enim si verum fieri volumus nisi  
insatiabilis parthici auri sitis Crassum trans eu  
fratem impulit/ et in id belluz compulit fractis  
federibus/ vnde harum tot et tantarum miseriarū  
processit occasio.

**H**æ externis ad ciuila bella conuertat **L. e**  
nim octauius consul cum aduersus **L. cōn**  
nam collegam suum arma sumpisset/ et morte di  
gnissimum in exilium xpulisset/ de fine verum tā  
li ostento montue narratur **Ab** apollinis enim si  
mulacro sponte delapsus caput est et in certā tā al  
(te descendit

ut effodi non posset donec cœnna. victore Octavio  
us in multo civium sanguine vita privatus est.  
Mirum quid apollini commune cum octavio poti  
us q̄ cum eius adversario. Aut quo diffugerant  
fossore omnes ut tãto tpe tantillum saxum eru  
i non posset. Credo civili tumultu excesserant.

**A**liero autem civili bello omnium seivissimo  
et maximo quo cœtus cum strage urbis et  
imperii et euz vniuersi orbis magnis motibz En.  
pompeius magnus aduersus dominum Iulium ce  
sarem confligit euentum prelii euidentissimis pro  
digis prenotatum ferunt primum omnium dyera  
thio Tessaliam versus iter arripiens infelix dux  
multo comitru crebrisqz fulmibz exceptus e En  
prodigia estiuis p̄serti mēsibz. poterat qdē sub  
sistere dilato profectionis die / Hãmbalis cautissi  
m ducis exemplo quem menia romanæ vi bis ag  
gressurum bis terqz repulsum tempestate nouis  
Et profecto arbitror si dux illi exercitui fuisset  
augustus q̄ alteri nō multis annis postea dux i eisde  
campis fuit / retrocessisset vtiqz Quem semper et  
vbiqz ut tranquillus ait pillem vituli marini de  
tumferre pro remedio atqz ad omnem maioris tē  
pestatis suspicionem in abditum et cauernatum  
locum se recipere solitum accepimus. At pompeio  
quia fulmina minutiora non timuit / aduersus ma  
ximum et violentissimum fulmen cesaris pugna  
turus / religiones et deorum potentia neglexisse  
vi

reprehenditur Nam q̄ apum examina circum sig  
na volitarunt quid nisi mellis et cere copiam / q̄  
sonus tympanorum pergamini in penetralibus tem  
plorum auditus est quid nisi leticiam / portende  
bat. De fuga quidem hostiarum ab altaribus idē  
sentio quod de pullorum fuga sub mantino. Eoq̄  
magis quia pulli pastum illic / hic hostie mortem  
fugiebant quod insitum est cunctis animantibus  
piget singula prosequi et irrisoris cognomen xxx  
oz incurtere. Id sane quod inter prodigia nume  
rant repentino meorum ac nocturno pauore obtor  
uisse acies / signum fatroz pestiferum / sed vt sub  
crasso dixi imperatori prouidendum non aruspici  
Qui si in partem consilij vocandus erat / poterat  
et crassus primo et mox pompeius et cesar nouissi  
me bono animo esse / nihil nisi letum et magnificā  
sperare. Omnibus enim vt qui rebus ipsis inter  
fuit meminit. Cicero promissum a caldeis / eos nō  
nisi in senectute nisi domi / nisi cum claritate et su  
ma cum gloria morituros. De promissorum fides  
Et nimirum in alterutro delirandum fuit honesti  
oz ( vt ita dixerim ) insania est ex stellantis celi  
motu q̄ ex cœuentis extorum fibris fortunam su  
am explorasse. Quamq̄ pompeius ipse qui vt sci  
ptum est sese credulum rerum talium præberet /  
sepe etiam ab aruspiciibus iustus erat / multaq̄ st  
bi i greciā transueto ab vrbe romana nunciata  
fuerant: que vel nullos vel

V. g.

aduersos exitus habuerunt Itaqz quid amplius  
crederet non habebat cesarem vero collegis suis  
iungerem nisi eum primo loco in domo cesarea col  
locassem.

**H**ec et horum similia confirmandis auspiciis  
et id genus erroribus afferuntur/ tam  
inepta/ tam frivola/ vt mihi quidem M. marcelli  
illius quinquies consulis consilium probetur Qui  
cum esset imperator et augur optimus/ totum hoc  
omisit vt ait Cicero. Sed quod sequitur sine risu  
non possum meminisse Si quando inquit rem a  
gere vellet ne impedirentur auspicelecta operata  
iter facere solebat. Ad radicatos errores vir forte  
et sapiens desperabat posse inhxrentē offibz opinio  
nē apta fronte discutere/ iōqz vultū obtegebat.

**I**lter duces et reges histriōnū rex locabitur  
rosarius quem cicerō amorē ac delicias suas  
appellare nō erubuit. Cum in campo soloni nutri  
retur/ essetqz infans in cunabilis/ assurgens p no  
ctem nutrix vidit eum consopitum circumflexum  
angue/ nodis hōrificis iplicitū Quo aspecto exais  
exclamauit Pater aut pueri de hac re aruspices  
consuluit Atqz si in histriōnica claritas homi  
nis sit vel consistit nihil mentati sunt. Sed o perui  
cax ineptia diuinitus ergo futurā histriōnum cla  
ritatem proostensam vultis/ cum Africanus tan  
tus et vir et dux nullum tale meruerit ostentum  
Nam quod in cunis anguis inuentus est nec mihi  
quidem mirum videtur nec ciceroni/ presertim in

Solomo ubi ad focum nundinari angues solēt ut  
elegantē ait idē.

**A**ddunt domesticis externa risi non minorē p  
sequenda de iohannem regem in primis nihil  
vñ nisi auspicio gerere consuetum. Quem vale  
rius non solum inter externos primum sed etiam  
in memor moris sui ante omnes etiam romanos in  
hoc ordine locavit. Sic ergo ut memorant volatu  
aquile pergere quo ceperat prohibitus cum mul  
torum iam dierum iter exegisset rediit atq; ita  
mortem euasit conclavi salicis in quo per noctem  
iacuturus fuerat sub idē tempus corruente. Sed  
cur queso valeri maxime quod sequetur siluisti.  
An quia dū breuis esse laboras obscurus fieri ne  
dicam imperfectus et mendax elegisti. An quia ace  
ronis libros vnde ista sumebas in manus postero  
rum nequaquā prouenturos credidisti neq; nos lec  
turos quib; verbis hoc de iohanni aspiciū a ace  
rone refellit. At id neq; si fatuus fuerat effugiss; inquit  
nec si non fuerat in eum incidisset. Actoris  
tui et mei verba recognosce nihil imuto sed sicut  
in tractatu somniorum dixi nescio quo modo volu  
isse mihi visus es superstitionibus pregrauare a  
nimos quos potius exonerare debueras. Eoq;  
magis miror ubi nam aliud eiusdem regis auspi  
cium reliquisti. Bello autem civili vir sapiēs sine  
animum consilio nihil agens prosperis hortantibus  
auspicis perrexit ad periculum.  
Vbi q̄ multis et periculis et incommodis affectus

est Bello p̄tharſalico victus ac fugatus / tanto diſ-  
tractus ab amico et quo fideliter amantibus nihil  
est amarius plenus abijt gravi merore tecum pre-  
ſentum et venturi ſpe deterrima . Itaqz mox et il-  
lius miſerabilem audiuit mortem: et ſuperbum ho-  
ſtem ſuſcepit hoſpicio **A** quo digrediente nouum  
hoſpitalitatis precium et arma et chrochamo-  
rum ſpoliatus et trachia / nec longe poſt in diſcri-  
men capitis adductus ab hoſpice meliori hoc e ab  
ipſo cicerone deſenſus e **H**ec fides auſpicioꝝ **L**eta  
cuncta promiſerat eius artis peritiſſimo meſta o-  
nia puenerunt **N**am quod eum poſtea dicere ſolitu  
accepimus / aues quibus ducibus in bellum iſſet  
bene ſibi conſuluiſſe / quia officium ac fidem ad-  
pleſſe / et romanam libertatem armis deſendiſſe  
quiſquis eum caſus exciperet omnibus regnis a di-  
uitijs anteferet / vel auſpicioꝝ pertinacia id quide  
vel magnanimitatem regis indicat / potius q̄ au-  
ſpicioꝝ iritatem **N**iſi forte philoſophantes etiam  
volucres ſomniat no in fortuna ſed in virtute fe-  
licitate hominis collocantes **C**ur autem irreatur  
oia magna volucris daxe quaz vti coſilij no  
pudet **V**el cur apud eos inopinabile videatur / ſa-  
pientiam quia ab eoru anime longe exulante / in  
alijs animatiſſibus habitare **S**ed hec hactenus .

**P**latonis apex adijciunt et fornicas inde ſed  
de platone cum de eloquentia loq̄bamur dix-  
imus **M**idas vero fr̄ix infans dormiens inuentus  
eſt fornicis in os eius tritici grana congerentibz

**D**icissimum futuram aruspices responderunt ego  
potius edacissimū respondissem. Sed responsum  
illud fortune comprobavit exitus / vt scriptoribus  
rerum placet.

**Q**uis illa nō rideat que bello inter lacedemo  
nes et Thebanos orto vltro citroqz nuncia  
ta referuntur. Et si enī successibus asserta sūt hi  
hil tamen ridiculosius dici potest Cum enī apud  
Thebatdam per Boetios vates sacrificiū fieret /  
gallos gallinaceos in eo loco sic canere cepisse ai  
unt vt nulla esset intermissio Augures autem p  
nunciāsse Thebanos haud dubie victores / ratioē  
addita quā consultius siluissent / q̄ ea scilz volu  
cris per naturam victa sileat victrix canat. quis  
iā dubitet in horum vaticinijs spem habere Et ci  
tatur huiusmodi vaticinij testis Calisthenes  
haud ignobilis phīs et auditor.

**E**t aduerso multa lacedemonijs ostenta gra  
uia atqz terrifica sed obmissis alijs vnum  
referam quod Historici graioꝝ maximū ac mestis  
simū affirmant Tam enim de victoria consulto  
res legatos ad dodoneū Ionē destinassent et hi o  
raculum operientes vasculum cum sortibus certo  
loco posuissent: molosorum regie summa sortes ip  
sas huc illuc sp̄si confuditqz Insuetū carumqz p  
digiū prodigiosum potius si sedū illud et inque  
tus et importunū animal nō quicqd vsq̄ reperiret  
effunderet At illis aliter visum Itaqz responsus  
ē lacedemonijs nō de victoria sed de salute cogitan

dum et hūc tantū terrorē / Has deoz imortalū an  
 ſimie regie tantas minas ſequens mox fortuna  
 declarauit / famosa illa pugna lentreita Lacedemo  
 nis ad interemptionē deletis oppreſſiſqz Sed de  
 hac re facis multa diximus et ſi quid dicendū ſup  
 eſt proximo tractatu reliquas pſequamur .

De portentis.

**I**am niſi falloz Bona pars horum expedita ē  
 Quid enī agunt aliud aruſpices niſi circa i  
 terpretationem mirabiliter contraqz naturam vt  
 ipſi volunt / contingentium ex quibz venturi pre  
 ſcientiam pollicentur Quod enī vt eleganter ait  
 Cicero / oſtendunt / portendūt / monſtrant / predicūt  
 oſtenta / portenta / monſtra / prodigia a maioribus  
